Bibliothèque numérique
medic@

Hippocrate / Ximenez, Hieronymus (éd.). Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis illustratus

Caesaraugustae : ex. off. Laurentii a Robles, 1589.
Cote : 40908

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?40908

©BIU Santé

40908

HIPPOCRATIS DE NATVRA HVMANA LIBER,

Hieronymi Ximenez Philosophię, ac Medicinæ Doctoris, eiusdēq. in academia Cęsarauguſtana publici interpretis cōmentarijs illuſtratus, nūc primùm in lucem æditus.

Ad Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsi. D. D. Petrum Cerbuna Epiſcopum Turiaſſonenſem, & Regiæ Mageſtati à conſilio.



CÆSARAVGVSTÆ

Cum licentia. Ex officina Laurentij à Robles, Typographi Regni Aragonum, & Vniuerſitatis. 1619.



©BIU Santé

Approbatio.

COmmentaria in lib. Hip. de Natura Hominis edita à doctiſsimo, & noſtræ tempeſtatis clariſsimo medico, Hieronymo Ximenez mihi videnda commiſsit, admodum illuſtris D. Licenciatus Illefonſus Gregorius Cæſarauguſtanæ diœceſis meritiſsimus Vicarius Generalis, in quibus nihil fidei orthodoxæ cõtrarium reperitur, & occurrũt multa, quæ & profundiſsimum auctoris ingenium oſtentant, & futuris medicis magniſicum aditum parant, & facilem dant introitum ad rationalem, vereq. dogmaticam ſectam: vnde typis mandari laudabile eſt, ne tanto bono medicinæ profeſſores fraudentur. Cæſarauguſtæ ſexto idus Nouembris, anno 1589.

Bartholomeus Foncalda
Doctor Medicus.

¶ 2

©BIU Santé

Errata ſic corrigito.

Pagina. 50. li. 7. pro Aerem hominem eſſe aut aquam, &c. lege Aerem hominem eſſe aut ignem aut aquam &c. Pag in. 145. li. 4. poſt verba illa Hipp. frigidum ad frigidum adde duo illa ſiccum ad ſiccum. Pag. 152. li. 17. pro Non ergo, lege, Nonne ergo &c. cum interrogatione. Pag. 161. li. 19. pro il. lud ſummen elementa, lege illud ſumens elementa. pag. 166. li. 2. pro mixtæ, lege mixta pag 221. lin 8. pro calore lege co lore & linea. 12. pro calore ſludiorem lege colore flauiorem, pag 2[illegible]. lin. 2. pro effluit, lege affluit. Pag. 237. lin 13. pro pugnat, lege pugnant. Pag. 236. li. 14. pro hius, lege huius. pag. 275. li 12. pro octuaginta deſcribere, lege octuaginta duos deſcriber[illegible].

©BIU Santé

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. Domino Petro Cerbuna Episcopo Turiassonensi, Hieronymus Ximenez. S.

POsteaquam (Illustriss. Præsul) sex ab hinc annos me absentẽ ad medicinã in hac vrbe, at q. in hac tua florentissima academia profitendã vltrò accersendũ iussisti, nihil mihi potius fuit, quàm vt pro tuo isto tam honorifico de me iudicio, gratã animi mei significationem aliquã præberem. Quod equidem nulla ratione commodiùs me facturum sperabã, quã si omni opera, studioq. contẽderem, vt quàm maximè possem, tã in scho

©BIU Santé

lis publicè docendo, quã domi aſsi-
duè commentando, ſcribẽdoq. pro-
deſſem. Itaq. cùm in hũc Hippocra
tis de Natura Humana librũ, no-
ſtris his commẽtarijs illuſtratũ, qui
dã de auditoribus meis incidiſſent:
eumq., vt in lucem aderem, flagi-
taſſent, non potui nõ illis morẽ gere
re. Cæterùm mihi librum typis cudẽ
dũ parãti, ac de patrono Mecœna
teq. deligendo cogitãti tu vnus ex
omnibus potiſsimùm occurriſti, cui
liber optimo iure dicaretur. Par
enim eſt profectò, vt cuius opera, im
penſis, conſilio noſtra hac academia
ſuperioribus quidem annis tam fe
liciter erecta, nunc denuò cumula
tiori-

©BIU Santé

tiori beneficio aucta, ita floret, vt vberimos optimosq. quotidie fructus ferat, eidem vicissim horum ipsorũ fructuũ, primitias saltem rependamus. Quare hoc quantulũcumq. munusculũ tibi, nõ vt in æstimationem, aut in solutum accipias, sed tanquam honorarium lubens defero. Non enim ignoro quàm sim tibi obnoxius, quantisq. tuis in me meritis obstrictus. Tantùm volui grati animi, obseruantiæq. erga te meæ specimen testatũ exhibere. Accedit huc, quòd quanto tã Philosophis, quã Medicis liber hic fructuosior videbatur futurus, tanto tibi, ideſt, Philosophorum, ac Theologorum

©BIU Santé

rum ſapientiſſimo, publicæq. vtilitatis ſtudioſiſſimo gratiorẽ itidem ſperarẽ fore. Quod ſi res ex animi ſententia ceſſerit, multorum, mihi credas, animos ad maiora in poſterum excitabis. Vale, Antiſtes clariſſime, meq., vt hactenus feciſti, in tuis habe: iterum Vale. Caſaraugustæ IIII. Idus Nouẽbr. anno 1589.

©BIU Santé

INDEX EORVM DE quibus hoc libro agitur.

Anni tẽpora quo modo ab Hip. & Gal. distinguantur. 253. 254.
Aquam, vt & ea, quæ ad aquæ naturã referuntur, cur à frigore concrescant. 289.
Autumnus quo tẽperamento sit 268.

D.

Dierum artificialium inæqualitatis ratio ab Horizontis obliquitate petita. 273.
Doloris causa continẽs vnica ne sit, an duplex, & quæ tandem ea sit. à 207. ad 212.
Dolor, doloriſque essentia quo differat tũ à simplici sensatione, tum à voluptate. 210.
Dolor cur in hectica intemperie nõ percipiatur. 213.

E.

Elementi notio. 32. 33.
Elementum rerum omnium vnicũ statuentium

©BIU Santé

tiũ opinio confutatur Thaletis Milleſij, Anaximenis, Heracliti. 65.66. 67. Democriti præterea, Epicuri, Leucippi, & Aſclepiadis. à 90. vſq. ad 96.

Elementa id præter cętera habere debent, vt quandiu mixtũ durat, in illo maneant perpetuò. 115.116.

Elementa rerũ naturalium impatibilia nõ eſſe. 90.

Elementa plura vno eſſe pluribus rationibus confirmatur. à 90. vſque ad 118.

Elementa quatuor numero eſſe à 96. ad 100.

Elemẽta prima qualia ſint. & quæ demum illa ſint. 101.

Elementa ſecunda hominis, vt & cæterorũ animalium ſanguineorũ quatuor humores omnes, nõ vnũ tantum ex illis, eſſe ſtatuendos. à 109. ad. 112. & 291.

De elementis inſtituendis quatuor philoſophorum veterum ſentẽtiæ, quarũ tres ab Hipp. refutantur, reliqua approbatur. 132. 133. 134

Ele-

©BIU Santé

INDEX.

Elementa rerum naturalium & ſimpliciſsima, & tanquã extrema corporum reliquorum, omnibuſque rebus communia eſſe debere. 139. 143 153.

Elementa rerum naturalium, alterabilia, patibiliaq· eſſe, non item, vt Empedocles exiſtimauit, impatibilia. 135. 136.

Elementa debere eſſe tota per ſe tota miſcibilia. 146. 147.

Elementa quo modo poſt mixtionis diſſolutionem ſeparari, atque ad ſui generis naturam ſingula redire dicantur Hippocrati. 147. 148. 149.

Elementa vtrum maneant in mixto ſecundùm propriaś formas nec ne, à. 159. vſque ad. 192.

Elemẽtorum formæ vtrum eædem ſint cũ quatuor primis qualitatibus vt, Galenus exiſtimauit. à. 173. ad 178.

Elementorum id proprium eſſe, vt ex illis gignamur, & in illa diſſoluamur. 156. 157. 194.

Elementorum id proprium eſſe, vt ob illo rum

©BIU Santé

rum ſymmetriam valeamus, & per eorundem ametriam ægrotemus a.192.vſq. ad 195.
Elementorum in ſe mutuò tranſmutandorũ quot, & quæ cauſæ ſint. à 285. ad 288.
De vſu & viribus elementorum, diſputatio a 308.vſq.ad finem.

F.

Frigus ſummum cui potiſsimùm elemento attribuendum ſit. 75.

G.

Generationem viuentiũ ab vno ſolo principio perfici non poſſe. 120.
Generatio animalium cur non poſsit fieri citra congreſſum maris cum fœmina. p.121.122. Quiutiq.ambo aut eiuſdem ſpeciei ſint, aut ſaltem certa quadam naturæ affinitate coniuncti.p.123.124. Quique præterea certa quadam temperamenti ratione, ac ſymmetria, iuſtaq. virium æquabilitate conueniant. 126.127.

H.

Hu-

©BIU Santé

INDEX.

Humores quatuor actu ſub ſuis formis ſingulos in venis contineri, itaq. eorũ mixtionem exactam nõn eſſe, ac proinde per ſecretionem ſolam poſſe ſeparari. à 184. vſq. ad. 204.

Ex humoribus quatuor partes omnes, etiã ſpermaticas quadantenus originem, & alimentum capere. 232.

Humores quatuor elementa eſſe proxima hominis, vt & animalium ſanguineorum. 192.

Humores quatuor omnes perpetuò in homine, dum viuit, reperiri. 226. 227. 290.

Humores quatuor duplicem vſum animalibus conferre. 291.

Humores ſinguli cur ſingulis anni temporibus redundent, ac viribus præpolleant, à. 252. vſque ad 280.

L.

Libri huius inſcriptio, & inſcriptionis ratio quæ ſit. 16.

Libri argumentum. 35. 47. 48.

Libri vtilitas. à 38. vſque ad 42.

Libri

©BIU Santé

Libri huius auctorem reuera Hippocratem fuisse. 45. 46.

M.

Medicamenta purgantia attrahendo humores sibi familiares purgare contra Asclepiadem, non item ab illis hos denuò generari. 228. 229. 230.

Medicamenta purgantia qua ratione purgent. 246.

Medicamentorum cum delectu purgantiũ vis ea attratrix, qua purgant, in quo consistat. 248.

Medicinæ definitio. 2. Finis. 1. 4. Officium 2. 4. subiectum. 2. Partes à. 6. vsq. ad. 12.

Methodus, qua hîc vtitur Hipp. 30. 31. 307.

Miscibilia ea tantùm esse, quæ aliquando per se seorsum, ac separata extiterunt, antequàm scilicet miscerentur, & post dissolutam mixtionem rursus per se, ac seorsum actu possunt existere ex Arist. 149.

Mixtio à concretione, quo differat, quo itẽ mixtionis dissolutio à secretione. 150.

Mixtionem omnem exactam ad substãtiæ qude m

©BIU Santé

quidem vnionem fieri ſecundùm verò ſubſtantiæ partes non fieri, vt Stoici opinabantur, ſed ſecundùm qualitates, vt Ariſtoteli viſum eſt. 80. 81.
Miſceri quæ dicantur Ariſtoteli. 190.

N.

Naturæ ſignificationes quot, & quæ. 16. 17.
Naturæ ſignificatio, iuxta quam in hoc libro ab Hipp. naturæ nomen vſurpatur. 27. 28. 29.

P.

Pituitæ naturalis officinam in iecore ſtatuendam eſſe, non in ventriculo. 294. 295. 296.
Principij rerũ naturalũ notio quæ ſit, 71. & quo differat ab elementi notione. 72.

Q.

Qualitates primæ vtrum ſint ſtatuendæ principia, ac formæ elementorũ, vt placuit Gal. nec ne. 72.
Qualitatum quatuor primarum coniugationes variè à variis Philoſophis accommodari ſingulis elementis. 73. 74.
Quali-

©BIU Santé

INDEX.

Qualitates primas ſolas verè alteratrices, effectrices que rerum omnium eſſe. 106.

Qualitates quatuor licet actu in mixto remaneant poſt mixtionem diſſolutam, diuerſæ tamẽ euadunt ab ijs, quæ in elemẽtis inerant ante mixtionem. 142.

Num ex binis ijs qualitatibus, quæ ſingulis inſunt elementis vtraque ſumma ſtatuẽda ſit, an, vt Ariſtoteli placuit, altera quidem ſumma, altera propè ſumma. 144.

S.

Superpurgationis cauſam triplicẽ eſſe. 236. 240.

In Superpurgationibus cur alius è quatuor humoribus prior, alius poſterior excernatur. 240. 241.

T.

Temperamentum quid ſit. 142.

V.

Ver quo temperamento ſit. 257. 258.

FINIS TABVLÆ.

©BIU Santé

PRAEFATIO.

ANTEQVAM ad Hippocratis, de natura humana librum enarrandum accedamus, operępretium erit, de Medicinæ, notione, fine, officio, materia ſubiecta, totaq; eius definitione, ac de eiuſdem demum partibus pauca præfari, vt artis eius, quã profitemur, notitiam quantulamcunq; ab initio, ac veluti adumbratam imaginem ante oculos poſitã habeamus.

MEDICINÆ finis, & tanquam ſcopus Medico propoſitus, ſanitas ipſa eſt, vt teſtatur. Galenus cùm ſæpe alibi, tum eolibro, quem ad Thraſybulum inſcripſit. Sanitatis verò comparandæ, atq; curandæ vna eſt communis, ac generalis ratio, ac proinde vnum Medicinæ commune, ac generale itidem officium,

©BIU Santé

quod in reſarciẽdis corporis vitiisſi tũ eſt. Materia demũ Medico ad tractãdum, curandũq; propoſita, corpus humanum eſt. Hiſce ergo tribus Medicæ artis capitibus ita conſtitutis, non erit difficile Medicinæ definitionem inuenire.

CVM enim artes ſingulæ inter ſe, non tam materia ſubiecta, quàm finibus diſtinguãtur: vt teſtatur, Gal. lib. de conſt. art. Medi. officiaq; artiũ ſingularum, pro ſuo cuiuſq; fine varientur, profectò ea demum optima accuratiſſimaq; erit artis definitio, quæ vnà cum materia ſubiecta officium eius totum, finemque præcipuum complectetur. Talis, ni fallor, eſt illa, quæ à nobis in prohemio noſtrarum Inſtitutionum Medicarum extat tradita, qua Medicinam definimus, artem bene curandi humani corporis valetudinem. In qua quidem

©BIU Santé

dem definitione artis vox generis loco posita est, reliqua verò loco differentiæ. Ac Medicinam quidem ad artium genus idcirco retuli, quod & eorum est quæ aliter plerunque euenire solent, non item, perinde vt scientia, eorum, quæ perpetua sunt, atq; constantia. Et verò quod pro fine sibi proponit certum quoddam opus, nempè sanitatem, non item solam, perinde, vt scientia, ipsam veri inuestigationem. Iure ergo Medicina inter artes numeratur, & quidem effectiuas, ex earum vtiq; effectiuarum genere, quænihil de integro moliuntur, illæ verò id, quod vitiatũ quoquomodo labefactatumque est, corrigunt, & instaurant: in eo enim diximus Medici officiũ cõsistere, vt corporis vitia resarciãtur. Quod verò ad reliquas propositæ definitionis partes attinet, bona

©BIU Santé

quidem valetudo, finis eſt in hac definitione, quem diximus eſſe Medico propoſitum. Bonam autem valetudinem interpretor, firmam illã ſanitatem quam κατ' ἕξιν, Galenus appellauit, id eſt, ad habitũ iam perductam, non item alteram illam infirmam & mutilam, quã idem κατὰ σχέσιν cognominauit. Hęc ſiquidem ad vitæ humanæ vſus actionesq; inutilis cùm ſit, nemo eam tanquam finem, aut bonum expetat, aut in ea prorſus acquieſcat, donec firmiorẽ alteram valetudinem, quam nos abſolutè bonam dicimus, ſit adeptus: per quam vtiq; poſſit non inſtrenuè neq; cũ moleſtia quotidianas, & conſuetas operas obire. In hac ergo valetudine benè curanda Medici officium totum verſari dixi: benè autẽ curabitur, ſi vitia corporis omnia corrigantur. Quæ ipſa quamuis longè plura, grauioraq; in ægris apparęant

©BIU Santé

pareant, quàm in ſanis: Vtraq; tamẽ ab vna hac arte, vno & eodem modo corriguntur, id ſcilicet quod deficit inſtaurando. In quanto enim, non etiam in quali conſiſtit emendandorum vitiorum differentia, vt teſtatur Gal. lib. ad Thraſybulum. Ac de Medicinæ quidem definitione hactenus. Quæ verò ab aliis auctoribus extãt traditæ definitiones, hæ niſi vitioſæ ſint, ad hanc ipſam reuocari poſſunt. Veluti quæ ab Hippocrate traditur in libro de flatibus, Adiectio, atq; detractio: quæ certè à ſolo officio ducta eſt. Quæ verò traditur ab Auicenna, ſcientia qua diſpoſitiones humani corporis cognoſcuntur, ex parte qua ſanatur, aut ab ea remouetur, vt præſens ſanitas conſeruetur, & amiſſa recuperetur, in ea certè præterquã quòd minus propriè ſciẽtiæ nomẽ vſurpauit, videtur ſanè Auicenna id quod Fen. 1. doctr. 1. lib. 1. cap.

©BIU Santé

generatim vno verbo proferre debuerat, pluribus, ac per partes protuliſſe. Iam verò illa alia, qua Medicina definitur, ſanitatis conſeruatrix, & morborum expultrix, iure vel hoc nomine improbatur à Galeno, quòd cùm artes non ſemper ſuum finem ſcopumue conſequantur, haudquaquam debent ex finis conſecutione definiri, ſed ex his, ex quibus conſtituuntur, & per quæ finem conſequuntur ſuum. Ac de Medicinæ quidem notione, fine, officio, materia ſubiecta, totaq; eius definitione ſatis ſuperq; dictum eſt. Reſtat, vt de eiuſdem partibus deinceps diſſeramus. Ac partes quidem Medicinæ tametſi ſub vnum, vti dixi communē ſanitatis finem omnes, ſub vnūq; itidem officium generale cadāt, atq; adeò ad vnū corpus humanum, tanquam ad ſubiectum pertineant, plures

In introducto.

De partibus Medicinæ.

©BIU Santé

res tamen longeq́; à ſe ipſæ diuerſæ, diſtinctæq́; ſunt. Quippequæ tum finibus, tum officiis propriis differant inter ſe: diuerſoſq́; corporum ſtatus ſibi ad curandum ſubiectos habeant. Cùm enim quatuor ſint conſtitutionum corporis genera vniuerſa, totidem ſané erunt earundem curandarum rationes, totidemq́; proinde Medicinę partes, quarum ſingulæ ſingulis illis correſpondeant. Atq́; ex his quidē ea, quæ bonam corporis valetudinem tuetur Hygiene à Grecis, ſalubris, à Latinis appellatur: quæ impēdentes morbos præcauet, Prophylactice, id eſt, prę ſeruatrix: quę conualeſcentes reficit, Analeptice, quaſi refectoriam dixeris, nominatur. Quę demum, morbis medetur Therapeutice, id eſt medicatrix ſiue curatiua nuncupata, eſt. Neq; verò ſolùm diuerſis his

mate-

©BIU Santé

materiæ ſubiectæ, id eſt, corporis humani ſtatibus quatuor iſtæ artis partes differunt inter ſe, ſed etiam propriis, vti dixi, tum finibus, tum officiis. Et enim quamuis commune id omnibus eſt, quòd vitia corporis emendant, tamen in hoc ipſo nō mediocre eſt inter illas diſcrimen, primò quidem, quòd vitia corporis, quæ ægris accidunt, tam ea, quæ ex ſubſtātię triplicis diſſipatione, quàm quæ ab alteratione temperamenti proueniunt, & grauia ſunt, & confertim fieri ſolita. Cōtrà verò vitia ea, quæ ſanis corporibus contingunt, leuia ſunt, ſenſimq́; ac ſine ſenſu
» euenīunt. Si igitur tum vacuatio,
» tum alteratio ſenſim paulatimq́;
lib. 12. Met. ca. 1. » fiat, correctio etiā vtriuſq́; (vt ait Ga
» lenus) ſenſim adminiſtrabitur: quod
» munus ad artem ſanitatis tuēdæ ſpe
» ctat. Sin confertim aliquando, ac ſe
mel magna vacuatio, vel adiectio

incide-

©BIU Santé

inciderit, aut insignis quæpiã altera tio obuenerit, & morbus aderit, & medẽdi methodũ ad eorũ sanationẽ requiremus. Est & aliud discrimen inter salubrem Medicinæ partem, & Therapeuticem, quòd hæc per indicationes à contrarietate ductas progreditur, remediaq́; ac medicamenta morbo contraria adhibet. Illa verò similibus naturæ corporis præsidiis vtitur, siue ex his sint, quæ assumuntur, vt cibus, potus, aer: siue ex his, quæ foris admouentur, vt aer ambiẽs, vt balnea: siue ex his, quę cor pore animove gerũtur, aut perferũtur, vt motus tã corporis, quàm animi, & huic cõtraria quies: siue deniq́; ex his, quæ è corpore educuntur, vt omnis generis excretiones.

IAM verò Therapeutice, & Analeptice in his, vitiis, quæ adsunt summouẽdis potissimũ occupatæ sunt: Prophylactice verò, & hygiene in

©BIU Santé

his, quæ impendent, deuitandis. Cæterùm vitia ea in quibus corrigendis tã prophylactice, quàm analeptice occupatæ ſunt, media ſunt inter ſtatũ naturalem, qui ad Hygienem medicinæ partem pertinet, & præter naturalem, qui ad Therapeuticem ſpectat: vt non malè ſtatus ille, vel non naturalis, vel neuter dici poſſit, ideſt, neq; integrè ſanus, neq; æger.

HIS ergo quatuor Medicæ artis partibus, ac propriis earundem finibus, & officiis, ita conſtitutis, ſupereſt, vt reliquas Medicinæ partes, quæ his neceſſarium miniſteriũ exhibent, perſequamur. Enimuerò vt corporis actiones, ac conſtitutiones naturales conſeruentur, non naturales, ac vitioſę corrigantur, ægręq; demum perſanentur, id verò potiſſimum Medici munus inſtitutumq; eſt.

re

©BIU Santé

Atqui nihil istorum præstare poteris, nisi ea prius cognita habueris. verbi gratia, cùm Therapeuticæ partis finis sit opportuna vnicuiq; morbo adinuenire remedia: vt testatur Galen. lib. 2. Meth. & lib. 1. de sanit. tue: hæc autem methodo non possint inueniri, nisi et morborum naturas, causas, reliquamq; hypothesin priùs dignoueris, & eorundem morborum exitus, quales tandem futuri sint, vt cunq; præsagias: hinc duæ illæ Medicinæ partes, tanquam Medico necessariæ additę sunt, Diagnostice inquā, atq;. Prognostice; harumq; insuper ministræ Pathologice, Ætiologice, & Semiotice: quarum quidem, quæ Pathologice dicitur, affectus præter naturam, eorumq; differentias enarrat. Ætiologice verò causas eorundem exponit. Semiotice demum signa omnia colligit, per quæ Medicus metho-

©BIU Santé

methodo diagnoſtica poſſit morbos, morborumq; differentias, cauſas, locum affectum, magnitudinem præterea, morem, motum, typum, ac tempus, totamq. demum conſtitutionem explorare. Cæterùm quoniam quæ aliena à natura ſunt, cognoſci non poſſunt, iis, quæ ſecundum naturam ſunt, ignoratis: hinc illæ aliæ medicinæ phyſiologicæ partes, tanquam neceſſariæ ſcitu eidem acceſſerunt, in quibus de actionibus, facultatibuſq. animalibus, vitalibus, naturalibus ageretur; deq. vſu partium ſingularum, & earum hiſtoria, ac fabrica per anatomen exploranda, præterea de ſemine, de ſpiritibus, de humoribus quatuor, tanquam de elementis ſecundis, & proximis corporis humani, de temperamentis, de ipſis deniq; naturæ humanæ primis, ac ſimpliciſſimis elementis, de quibus vtiq. ſuſce-

©BIU Santé

ſuſcepta eſt ab Hippocr. hoc libro diſputatio. Quæ vt eſt cæterarũ medicinæ partium omnium reſolutionis ordine poſtrema: ita contra ordine compoſitionis primo loco explicanda venit: vt non immerito dictum ab Hipp. illud ſit, medicę orationis initium naturam eſſe.

©BIU Santé

In Prohemium Galeni.

SOLEMNE illud ſemper eruditiſſimiſq; quibuſq; interpretib⁹ maximé vſitatũ fuit: vt antequã ad auctoris eius, quę enarrandũ ſuſcepiſſent verba ſententiãq; interpretãdã accederent, pauca quędã priùs tanquã prolegomena proponerẽt, eaq; ſigillatim explicarẽt. Horũ exẽplo Gal. hoc prohemio capita quædã proponit nobis explicãda. Primũ quidem de libri huius inſcriptione inſcriptioniſq; ratione. Alterũ de Methodo, qua Hipp. hoc libro vtitur in inueſtigãda naturacorporis humani. Tertiũ de vtilitate libri, vniuerſęq; huius

©BIU Santé

huius disputationis de natura humana, & eiusdē elemētis ab Hipp. institutæ. Quartum de vero germanoq; libri huius auctore: vbi interim, & argumentum totius huius operis summatim, ac per capita colligit.

Scripsi olim de elementis.

RATIONEM reddit cur hosce in hunc librum cōmentarios ędiderit, cū idem olim libros duos de elementis secundū Hipp. inscriptos ędidisset. Id ergo propterea à se factū dicit, quòd quanuis in illis libris, hunc librū fuerit interpretatus, non tamen ita, vt singula Hipp. verba illic ordine, ac sigillatim enarrarit: sed ita, vt ea, quæ dogma continent, vnà cum suis demōstrationibus tantum edocuerit: vt testatur ipse idem Galen. lib. 8. de decret. Hippocratis, & Platonis. Amicorum ergo præcibus compulsum fatetur se hosce in hunc librum commentarios

ædi-

©BIU Santé

ædidiſſe, vt quæ in libris de elementis tanquam euidentiora prætermiſerat, ea ſingulatim in his commentariis explicaret, veluti quod ad varias naturæ ſignificationes explicandas attinet.

Itaq; vnum quidem, & primum venit.

QVO ratio inſcriptionis magis conſtare poſſit, Phyſeos, id eſt naturæ ſignificationes plures colligit: ex his que quenam ſit hoc libro potiſſimùm inaudienda, docet.

De Naturæ notione variisq; eius ſignificationibus Gal. li. 5. de Medicis nominibus.

AC naturæ quidem ſignificationes plures ſunt, vna quidem quę hîc à Galeno prætermiſſa eſt, qua vis illa diuina in rebus inſita ſignificatur, quæ ſecundarum cauſarum vires miro ordine ſolertiaq; moderatur, atq; ad id, quod in quoq; genere eſt optimum, dirigit: quam Gal. lib. 17. de vſu. p. & lib. de maraſmo rerum omnium parentem opificemq; prædicat, animaliumq; ſaluti conſulere, atq;

©BIU Santé

atq; etiam membrorum vsum nos docere, vt quæ erudita sine doctore sit: quam itidem sibi scopos in agendo proponere, nec frustra quicquã facere: illam verò & iustam, & solertem esse, ac artificij plenam dixit: quamq; itidem Plato lib. 10. de Rep. mundi animam nuncupauit, eamq; vnà cum spiritu totam toto mundo diffusam cuncta mouere, efficere, moderari dixit. Ad quam etiã spectauit Virgilius cùm cecinit: Lib de cõst. art. med.

Principiò cælum ac terras cãposq; liquentes,
Lucẽtemq; globum, Lunæ titaniaq; astra
Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus,
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Ne multa: huius naturæ hæ sunt VI. Aeneid.

©BIU Santé

vires, miſcere, generare, nutrire, augere, formare, idq. diuinioti quadam virtute, quàm quę ſolis elementis, & eorum viribus poſſit attribui.

Gal. lib. 2. de Temp.

HAC ergo naturæ ſignificatione (qua illa, vt principium agens conſideratur) poſthabita, vt ad eas tandem ſignificationes, quę hîc à Gal. referuntur, veniamus, naturæ quidem vox plerunq. idem quod eſſentiæ nomen interpretatur: vt ergo eſſentia, ita & natura duplex eſt, materia ſcilicet, & forma, vtraq. porrò gemina, altera ſenſui manifeſta, ac proinde à Poëtis, vulgaribuſq. vſurpari ſolita, altera hac & antiquior, & accuratior, eáq. ratione non ſenſibus explorata. Ac veteres quidem Philoſophos naturæ voce, materiam primam po-

tiſſi-

©BIU Santé

tissimùm intellexisse, vel ex eo ostendit Galen. quòd in libris his, quos illi de natura inscriptos reliquerunt, de prima illa substantia disseruerunt, quam ipsam nec genitam, nec interitui obnoxiam, sed perpetuam esse voluerunt, corporibus iis omnibus, quæ oriuntur, et intereunt, primò subiectam. Deinde quæ cuiq; secundùm propriam substantiæ rationem in essent, (quos illi habitus appellabant) enarrarunt: post hæc quę non ex propria ratione accidere solent (dispositiones ab eisdem nuncupatas) adscripserunt. Cęterũ præter materiale principium nullam aliam causam esse censebãt, sed ne esse quidem quid quã cęterorum reuera, hac vna dempta. itaque vnum, & omnia dicebant eam esse Ac quòd materiam quidem illi, naturam ideſt

©BIU Santé

essentiam esse asseruerunt, laudandi sunt, idq; etiam Aristoteles cõfirmauit: quòd verò solam eam, aut certè potissimam naturam esse dixerunt, minùs laudandi. Forma siquidem potior pars essentiæ cùm sit, potiori iure sibi naturæ nomen vindicabit, quàm materia. Quanquam Plato contrà sentire visus sit in Timæo, cùm dicit: „ si quis „ plures figuras simulachraue ex auro „ facta habeat, quæratq; de vno eo- „ rum quolibet, quid sit, profectò, „ si illi respondeatur, id aurum esse, ve „ rè responsum fuerit: sin triangu- „ lum, aut aliam quampiam figu- „ ram, minus verè; cuius rei hanc „ rationem reddit, quòd figuræ illæ „ subinde commutentur, aurum ve- „ rò idem permaneat: ita fieri, vt au- „ rum quidem reuera existat, figu- „ ræ non item. Non alia ergo ratio- „ ne ille naturam eam vnam, quæ cuncta

©BIU Santé

cuncta, vt ait, corpora excipiat, reuera esse asserit, vt quæ eadem sibi semper sit: siquidem ex propria potentia nunquam recedit: suscipit enim semper omnia nullam interim formam, tanquam propriam retinens. Hæc ille. Cæterum ista Platonis ratio hoc minùs congruere videtur, quòd figuræ istæ, de quibus ille verba facit, formę essentiales non sunt. Nos verò cùm dicimus, formã potiùs, quã materiã naturã esse de essentiali forma id inaudiri volumus, non de accidentali, aduentitiáue. Ergo cùm tota rei essentia materia formaq; essentiali compleatur, profectò is demum totam rei naturam exactè exposuisse videatur, qui tum materiam, tum id, quod secundùm rationem substantiæ in rebus singulis inest, exposuerit, siue formam materialem, id ipsum cum Aristotele interpreteris, siue tem-

©BIU Santé

peramentum cum Galeno : Qui ſicut elementorum eſſentiam ex materia prima, & qualitatibus iſidem primis, ſincoriſque, tanquam ex duobus principiis, conſtitui dixit ita, & corporum mixtorum eſſentiam ex materia elementali, & ex temperie omnium quatuor qualitatum compleri affirmauit. Atq; hęc quidem naturæ ſignificatio prima potiſſimaq; conſeri debet, vt quæ totam rei eſſentiam, & quidem eam quę non ſenſibus, ſed ratione percipitur, cõtineat. Hãc excipit deinceps altera illa & ordine, & dignitate poſterior naturæ ſignificatio, quæ materiã illa quidem formamq; cõplectitur, externam tamen, ipſiſq; ſenſibus expoſitam. Iuxta hanc alteram naturæ ſignificationem locutus Homerus,

Odyſſ. K. ubi de ſcribit Moly Vllyſſá

Sicait interpres diuũm præbẽſq; medelam.
De terra euulſam, tum naturam mihi mon

hĩ

©BIU Santé

ſtrat. Mox ſubdit. *Nigra quidem radix, ſed erat flos lacteus illi.* Hoc etiã pacto qui de herbis ſcripſerũt, earum naturam, quæ ſenſibus enidens eſſet, ſolũ tradiderunt, proprium cuiuſq; ſaporem, odorem, colorem referentes, vireſq; eas, quę experiẽtia apparerẽt, explicãtes. Hanc fanè rationem Dioſcorides in explicanda herbarum plantarumq; natura tenuiſſe videtur. At Galenus in his libris, quos de ſimplicium medicamentum facultatibus ſcripſit, non ea ſolùm, quæ Dioſcorides, obſeruat: ſed & illud inſuper exquirit, cuius tandem elementi partes in vnoquoque medicamento præponderent; & qua demum temperie quodque eorum præditum ſit. Quorum illud ad materiam elementalem, hoc ad formam materialem ſpectat: quæ ambo

Mercurio datã aduerſus Circes carmina, De qua herba. Dioſ. c. 47. li. 3. & Pli. lib. 25. cap. 25.

©BIU Santé

principia ratione potius, quàm ſenſibus explorantur. Cùm ergo totidem ſint naturæ hominis, quot reliquarum omnium rerũ ſignificationes, illud iã ſupereſt, vt doceamus, ad quam potiſſimùm ex illis naturę vox, quæ in ipſo libri titulo extat, referenda ſit: num ſcilicet ad materiã corporis humani, an ad formam ſiue habitudinem, an ad vtramq;. Porrò cùm duplex ſit itidẽ materia corporis humani, vna quidem ſibi cum cæteris corporibus mixtis communis, ipſa ſcilicet prima quatuor elementa, quæ vtique in ipſo generationis principio pro materia ſunt Galeno teſte: altera hominis, vel potiùs animalium ſanguineorum propria: Hippocrates quidem certè in prima huius libri parte primam inquirit, docetq; corpus humanum ex quatuor primis corporibus igne, aere, aqua, & terra. (quæ idem à qua-

Lib de cura. rat. per ſanguini miſſ. 3.

©BIU Santé

qualitatibus, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum nominat,) tanquam ex primis elementis ortum, ac conſtitutum eſſe. Iuxta quam ſignificationem Hippocra. in progreſſu libri, Ex his (inquit) quæ prædiximus, eorum natura conſtat, deſinitq; vt dictum eſt, in ea ipſa &c. Ad alteram verò naturæ ſiue materiæ ſignificationem pertinent quatuor humores, qui vtiq; hominis, vt animal ſanguineum eſt, propria, ac ſecunda dicuntur elementa: ac proinde de eiſdem etiam hoc libro agere inſtituit Hippocrat. ab ea ſententia, vbi ait, Corpus humanum continet ſanguinem pituitam, & bilem vtrāq; & hæc illi ſunt natura. Huc etiam referri poſſunt partes ſimilares ex anatome perſpectæ: quæ ipſæ quoq; humani corporis ſenſibilia elementa à Galeno dictæ ſunt.

Tex. 16.

Lib. 2. de Elé.

Tex. 18.

Lib. 2. de Elé. c. 1.

VT ergo materia corporis huma-

©BIU Santé

ni duplicem habet ſignificationem, alterā quidē per quā vera primaq., alteram, per quam, quæ ſunt ad ſenſum tantùm, elemēta ſignificamus: itidem, et humani corporis forma dupliciter vſurpatur, modò quidē pro forma ea, quæ oculis apparet, qualis eſt figura cōformatioq. mēbrorū: interdum verò pro certa tēperatura partium ſingularum. Ad primam formę ſignificationem pertinent illa verba Hippocra. Et maximè moriebantur, quibus natura vergebat ad tabem. Vbi Gale. nomine naturæ thoracis ſtructuram interpretatur, adeò anguſtam, vt ſummæ ſcapulæ alarū inſtar promineāt: vnde pterigodeis, ideſt, alati dicti ſunt Galen. com. in aph. 34. lib. 2. Ad alteram autem, ſiue formæ, ſiue naturæ ſignificationem, rationi, non item ſenſibus expoſitā referēda ſunt illa verba, Hippo. quæ extant lib. de victus

Lib. 1. Epid.

Com. 2. T. 31.

©BIU Santé

ctus rat. in morbis acutis, Maximæ mutationes circa naturam noſtram habitûmq; maximè morbos cõmittunt. Vbi Galen. Multa (inquit) naturæ nomen apud Hipp. ſignificat: verùm hoc loco temperaturam videatur cuipiam ſignificare: ſicut & nomen habitus ipſam partium ſtructuram, & compoſitionem.

IN eandẽ ſententiam Gal. corporũ ſimilariũ eſſentiã ex quatuor qualitatũ tẽperamento conſtare dixit.

HIS expoſitis ſupereſt iã, vt videamus, in qua tãdẽ ex his, quas retuli, ſignificationibus hîc naturæ nomẽ in huius libri inſcriptione ab Hipp. vſurpatũ ſit. Ad hanc quæſtionẽ reſpondet Gal. com. in Aphoriſmũ illũ Hipp. cuius verba ſunt. In omnibus, minùs periclitantur, quorum naturæ, ætati, & habitui, & tempori magis congruit morbus, quàm quibus ſecundùm nihil iſtorum congruit. Aph. 31. l. 2.

Quo

©BIU Santé

„ Quo loco ille, cùm multis, inquit,
„ modis natura dicatur, accipienda
„ nũc eſt in eo ſignificato, quo & mul
„ tis aliis locis, vſus eſt Hipp. & in toto
„ libro de natura humana, in quo cã,
„ quæ fit ex primis elementis, tẽpera-
„ turã, naturã vocat. In eandẽ quoq; ſententiã Gale. in Aphoriſmum illũ
Aph. 2. li. 3. Aph. Hipp. Naturarum hæ quidẽ ad ęſtatem, hę verò ad hyemem benè ma
„ léue ſe habẽt. Naturam, inquit, vſur
„ pauit Hipp. hoc loco ſecundum pri
„ mũ, ac principaliſſimum ſignifica-
„ tũ, quod ſecundùm ipſam maximè
„ ſubſtantiam naturæ eſt. Ea autem eſt
temperatura quatuor elementorũ, calidi, frigidi, humidi, ſicci. Quibus ſanè locis Gal. cũ, & elemẽtorũ meminerit, & tẽperaturæ, vtrumq; profectò naturæ principium, materiam ſcilicet, & formam complexus eſſe viſus eſt, ex quibus vniuerſa corporũ cõpletur ſubſtantia, id quod Ga-

©BIU Santé

alibi confirmat dicens, Rerũ corporatarũ natura eſt vniuerſa ſubſtãtia, ac tẽperies, quæ ex primis elemẽtis cõflatur, calido, frigido, humido, ſicco. In hac ergo ſignificatione dicimus Hippocratem naturæ nomen potiſſimùm vſurpaſſe tum in huius libri titulo, tum etiam in progreſſu. Velutiſententia xiij, poſtquàm quatuor illa elementa poſuit, ex illiſq; æquabiliter contemperatis ſingula oriri dixit, mox ſubdit, Cũ igitur natura eiuſcemodi ſit &c. Itidem ſententia xv. vbi ait, Talis eſt tum animantium, tum cæterarum rerum omnium natura. Li. 3. de tẽp. c. 4. & lib. 2. de nat. huma. Text.

ITAQ. quãuis hoc libro Hipp. naturã corporis humani inueſtigaturus de primis eiuſdẽ elemẽtis neceſſariò ſimul diſputaturus eſſet, nõ tamẽ propterea librũ hũc de elemẽtis inſcripſit: partim quòd nõ in ſolis his tota natura humana conſiſteret; De inſcriptionis ratione,

©BIU Santé

ret: partim etiã quòd elemẽti nomẽ nõ adeò esset veteribus vsitatũ, nec dũ eius notio à principij notione distincta. Itaq; pleriq; è veteribus philosophis eos libros, in quibus de elemẽtis egerãt, haud qua quã de elemẽtis eos, sed de natura inscripserunt: vt testatur Gal. tũ in prohemio huius libri, tũ lib. 1. de elemẽtis sub finem.

De Methodo qua hoc libro vtitur Hip.

Quid? tu animæ, inquit, naturam.

VERBA sunt ex Platone excepta, quibus Socrates Phędrũ affatus methodum eã indicat, qua in inuestigãda natura corporis humani vsus fuerat Hippocrates hoc libro:

METHODVS porrò eiusmodi est: vt quoniam natura corporis humani (quam hîc inquirimus) in materia formaq; consistit, de materia primùm videamus quæ, qualisq; sit. Materiam ergo corporis humani, eam vtiq; quæ illi cum reliquis rebus omnibus mixtis est communis,

©BIU Santé

nis, absq; vniuersi natura assequi nos posse, negat Plato. Itaq; Hippocratem, vt naturam corporis humani inueniret, elementa eius prima, cum reliquisq; omnibus corporibus mixtis eidē cōmunia vestigasse: illudq; in primis quęsiuisse, vnum ne scilicet, & simplex esset elementū naturæ, an cōtrà multiplex: quod ipsum quoque se in animæ natura vestigāda obseruaturum profitetur, nosq; itidem in cuiusq; rei natura explorāda, explicandaque, vt obseruemus, monet, vtrumne scilicet eius rei de qua quęritur natura simplex sit, an multiformis. Deinde simplex si sit, chę q[illegible]m facultatem tum ad agendum, tum ad patiendum habeat, exquiramus. Rursus si multas formas habeat: vt enumeratis his, quod in simplici exquirendum esse dictum est, id ipsum in vnaquaq; sigillatim disquiramus:

©BIU Santé

ramus, quam ſcilicet facultatem quæq; ad agendum, aut patiendum obtineat à natura.

Quæ veterum illorum ſucceſſoribus.

Quoniam hoc libro ad naturam humanam methodo inueſtigandã neceſſarió eſt agendum de elementis, idcirco nobis elemẽti notio priùs explorata debet eſſe: de qua Galenus ex inſtituto diſputauit lib. 1. de Medicinalium vocum interpretatione: quod opus hodie deſideratur. Elementum ergo nihil aliud eſt, quàm minima pars eius, cuius eſt elementum: itaq; ad cathegoriam relatorum, perinde, vt pars, refertur à Galeno. Vt ergo minimum multis modis dici ſolet, aliud quidem, quod reuera, & natura minimũ eſt, aliud, quod ad ſenſum tantùm; vtrunq; rurſus, aut penes quantitatẽ, quód ſcilicet in alias minores particulas ſecari nequeat, aut ſecundũ ſpe-

De notione elemẽti.

Lib. 8. de Deci Hip. & Plat.

©BIU Santé

ſpeciem, quòd vtiq; in alias ſimpliciores formas diuidi non poſſit: ita quoq;,& elementa à Philoſophis varia ſtatuuntur: à quibuſdam etenim pro elementis ſtatuuntur ea, quæ & quantitate,& ſpecie minima indiuiduaq;ſunt,quales ſunt atomi Epicuri,Leucippi,Democriti,vt & incompactilia Aſclepiadis corpuſcula: ab aliis verò pro elementis cenſentur ea, quæ ſecundùm ſpeciem ſolùm ſunt minima,& indiuidua, qualia ſunt, quæ Empedocli, Hippocrati, Ariſtoteli, Platoni, Galeno prima, ac ſimpliciſſima ſunt rerum elementa,Ignis,Aer,Aqua,& Terra. Quippe quæ in alia corpora ſimpliciora ſe diſſolui non poſſunt. Hac ratione etiam Grammatici, licet catachreſticôs, elementi vocem vſurpant, cùm vigintiquatuor literarum elementa ponunt, ſic & Arythmeticis ſua ſunt numerorum elementa, vt,

©BIU Santé

& Muſicis Geometriſq;. Porrò præter elementa iſta prima veraq; corporis humani, ſunt & alia quæ ad ſenſum tantùm ſunt elemẽta, vt humores, & partes ſimilares. Quæ ſola Athenęus humani corporis elemẽta videtur agnouiſſe.

Nos autem hoc loco nec nomina.

MONET nos, ne in ipſa vocum interpretatione, ac ſignificatione expẽdenda ſiſtamus: ſed vt perſpecta elemẽti notione mox ad res ipſas, ex quibus ceu minimis, ac primis elemẽtis ſimilaria corpora primò conſtituũtur, expẽdẽdas progrediamur. Videamuſq; in primis, Vnũ ne ſit ſecũdũ ſpeciẽ rerũ elemẽtũ, vt Meliſſus, Parmenides, Epicurus, Leucippus, Democritus, Aſclepiades, Heraclitus, Anaximenes, Thales Mileſius aliiq; nonnulli ex veteribus philoſophis voluerũt, an multa cõtrà ſpecieq; diuerſa: ac ſi multa rurſus, quot demũ, quæ, qualiaq; ſint illa, quãq; inter

©BIU Santé

ter ſe communionē, ac ſympathiā, habeāt, videamus. Quòd igitur non vnū ſpecie ſit hominis, vt nec cæterorū corporū primū elemētū, ex eo demonſtrat Hipp. quòd ſi vnū eſſet homo, nō doleret, &c. Eadē porrò elemēta quatuor eſſe, eaq; ignē, aërē, aquā, & terram, vel ex eo cōſtat, quòd ea demū ſint rerum elemēta, quibus primò inſunt quatuor illæ qualitates ſummę calor, frigus, humiditas, & ſiccitas: hę nāq; ſolę qualitates verè elemētares dicēdę ſunt, rerūq; naturaliū effectrices, à quibus elemētaria corpora id habēt, vt elemēta ſint, ideſt, vt ſint idonea, quę & miſceri tota per tota poſſint inter ſe, & miſtione ſua ſe mutuò permutare, alterare, ac nouas tādē corporū ſimilariū naturas cōſtituere: talia ſūt Ignis, Aer, Aqua, & Terra. Prętер hęc verò quatuor, nullū neq; eſt, neq; eſſe poteſt corpus, quod aut primò calidū, aut frigidum, aut humidum, aut Tex. v.

©BIU Santé

ſiccum ſit. Ex quo euidēter apparet, id quod ab initio quærebamus, non ſolùm plura vno eſſe rerū elemēta, ſed neq. plura quàm quatuor eſſe ea poſſe, neq. pauciora: & verò ea non alia eſſe quàm Ignem, Aerē, Aquā, & Terram, vt quæ & ſimpliciſſima ſint corporum reliquorum, & primò, ac per ſe quatuor illas obtineāt qualitates. Ac de elementis quidem hactenus. Nam quæſtiones quidem reliquas, quæ ad hanc de elementis diſputationem ſpectant, infrà ſuo quamq. loco opportuniùs explicabimus: quales ſunt illæ, Vtrùm elementorum formæ maneant in mixto vnà cum materia propria, ita, vt actu in eo maneant elementa: an verò de duobus his principiis eſſentialibus elementorū, ſola remaneat in illis materia. Item q. illa, quæ ex ſuperiori exoritur, quæſtio, Vtrū elemen torū vires, & qualitates maneant in mixto,

Quæſtiones in his commentariis diſceptandæ.

©BIU Santé

mixto,& quo modo. Huc etiã reuocanda nobis erunt ex media Philoſophia quædã de mixtione: quęrendũq. Vtrùm formę elemẽtorũ miſceantur, in vnumq. coëant inter ſe. Sed & illud, Vtrùm elementa ſecundùm ſolas qualitates, vt Ariſtoteli viſum eſt, an etiã ſecundùm ſubſtantias tota per tota mixta ſint inter ſe, vt placuit Zenoni Cittico totiq. ſtoicorum familiæ.

Ex his altera naſcitur corporum figura.

DE triplici hac conſtitutione, vna totius viuentis corporis ex partibus organicis, altera partium organicarum ex ſimilaribus, tertia ſimilarium ex quatuor elementis, vide Ariſt. lib. 5. de Gen. anim. c. 2. & lib. 12. Metaph. tex. 15. & Gal. libr. 8. de decr. Hipp. & Plat. & lib. 6. de ſanit. tuc. & lib. de diffi. morborum. Quibus Galenus quartam addidit per quam vtiq. humores ex elementis Libr. 8. de decr. Hip. c. 4.

©BIU Santé

primò generantur, perinde vt ex humoribus partes similares, & ex similaribus deinceps organicæ, atq. ex his demum totum corpus ortum constitutumq; est: vnde videtur Galenus colligere partes similares, si accuratè loqui velimus, non esse protogonas, id est, primò proximèque ex elementis genitas, vt Plato videtur voluisse, sed quatuor humores potiùs.

Nos autem statim ab initio.

De vtilitate libri.

LIBRO secundo methodi quãta esset libri huius vtilitas his verbis docuit Galenus: Citra naturam (inquit) corporis exactè inuentam, fieri non potest, vt vel ex morborum differentiis quicquam inuenias; vel auxiliorum conuenientium compos sis. Enimuerò morborum differẽtiæ quę, quot ve sint, inueniri methodo non possunt, nisi humani corporis, singularumque eius partium

©BIU Santé

tium naturam exactè pernoueris. Cùm enim tot ſint morborũ, quot lapſuum à naturali habitu differentiæ, vt teſtatur Gal. libr. 1. de morbo & ſympt. naturalis autem habitus in certa quadam ſymmetria, ſiue iuſta elementorum commoderatione ſitus ſit, profectò niſi quæ, & quot ſint iſta elementa, & quo tandem modo inter ſe ad ipſius mixti generationẽ coëant, pernoueris, neq. morborum differentiæ quæ ſint, noſſe poteris, neq. earum numerum inuenire.

FAC enim corporis vnam ſimplicemque naturam eſſe, ex vnoque ea, non item è pluribus numero conflatam elementis: profectò ſi id ita ſit, corpus vno eodemq; ſemper ſe habebit modo: quare neq; vitiabitur vnquam: neq; ægrotabit. Quòd ſi illud è pluribus elementis conſtare inueneris; Gal. lib. de differentiis morbo. cap. 2.

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 55 sur 343

©BIU Santé

iam illud ſupereſt, vt quænam illa demum, aut qualia ſint videas, patibilia ne ſcilicet, & alterabilia, an impatibilia. Etenim, ſi impatibilia ſint, vt Epicuro, Leucippo. Democrito, Anaxagoræ, Empedoclíq; viſum fuit, profectò morbi in ſolo compoſitionis vitio conſiſtent, totidemq; erunt morbi genera, quot compoſitionum ipſarum vitia. Velut Aſclepiadi quidem duo tantùm laxitas ſcilicet meatuum, & adſtrictio. Sin autem elementa partium ſimilarium patibilia eſſe ſtatuamus, id eſt, & pati, & alterari poſſe, non in ſola compoſitionis ratione, ſed in totis ſe ipſis magis minúsue, vt Galenus loquitur, ideſt, alienũ à ſymmetria exceſſum, defectumve ſuſcipient. Ideoq; & ipſæ partes corporis totidem morborum genera, eaq; prima ſimpliciſſima, ac velut cæterorum elementa ſubibunt, quot fuc-

Lib. de diffe. morbo. cap. 2.

©BIU Santé

fuerint elementa ſubſtantiam noſtram componentia. In eandem quoque ſententiam Galen. libro de conſtit. artis Medicæ. Quot fuerint, inquit, elementa, id eſt, elementorum ſpecies, totidem erunt etiam ſimilarium corporum differentiæ, ſiue conſtitutiones vitioſæ, quatuor nimirum ſimplices, calidæ, frigidæ, humidæ, ſiccæ, totidemq; coniugatæ. Atqui cùm medendi methodus teneri non poſſit, niſi & ſingulæ morborum ſpecies, & earum numerus priùs teneatur, (ſiquidem quot ſunt morborum differentiæ, totidem ſunt medendi rationes) profectò vt differentiæ morborum, & earum numerus ſciri nequit, niſi partium naturam, & elementa, ex quibus conſtant, priùs cognoueris: ita, nec methodo quis partibus ſaltem ſimilaribus mederi nouerit, niſi hanc

©BIU Santé

priùs de natura corporis humani, deq. partium ſimilarium elementis primis commentationem doctri-- namq. calluerit. Iure ergo hoc loco Galenus, Nos autem (inquit) ſtatim ab initio illius operis, quo inſinua-
„ uimus, qualis nam ſit vera medendi
„ methodus, oſtendimus fieri nõ poſ-
„ ſe, vt quis rectè per indicationes par
„ tibus ſimilarib⁹ medeatur, niſi priùs
„ nouerit, vtrùm earũ quęq. ſimplex
„ reuera ſit, an ex pluribus elementis
„ cõſtituta. Item q. illud, num hæc ipſa
„ elementa tota per tota mixta tem-
„ perataq. ſint, vt Hipp. cenſuit, om-
„ neſq. ij, qui patibilia ſtatuunt ele-
„ menta, an ſe ſolùm contingãt, ideſt,
lib. 1. 90. c. in id- eſt. 25. per compoſitionem confuſa inter ſe ſint, vt putarunt ii, qui impatibi-lia elementa aſſeruerunt: in quibus fuit Empedocles, Anaxagoras, Epicurus, Aſclepiades.

QVOD ipſum itidem confir-

mauit

©BIU Santé

mauit Galenus libro de conſt. artis Medicæ, cùm dixit, Magis verò nos indagare iubet methodus, vtrùm quæuis partium earum quæ ſimilares ſunt, ſimpliceſq. videntur eſſe, reuera vna ſimplexq. ſit, an expluribus elementis compoſita: & quinam ſit in his compoſitionis modus. Enimuerò ſi harum perinde, vt & organicarum partium conſtitutio in ſtructura conſiſtat, certè partium ſimilarium morbi conſimiles fuerint morbis partium organicarum.

Ad hæc de Philoſophis nonnullos docuimus, (cuius eſt nationis Eraſiſtratus) ſemirationales eſſe.

CVM tres ſint ſectę medicorum, vna Rationalium, altera Empyricorũ, poſtrema Methodicorũ: Eraſiſtratus certè meritò ſemirationalis à Galeno tum hîc, tum libr. 2. Methodi dictus fuit: propterea quòd is in cæteris

©BIU Santé

cæteris quidē morbis omnibus(præ ter eos,qui ad merā intemperiē re- ferūtur)tum cauſam, tum naturam eorum inquirit, vt ſumptis inde me dendi indicationibus rationalium Medicorūmore medeatur: velutiad phlegmonē quidem curandā cùm ipſius cauſam priùs ſummouendā eſſe cenſuiſſet,eamq; arbitratus eſſet coincidentiam cōpactionemq; ſan- guinis eſſe ad arteriarum fines tanſ fuſi , ideo hanc priùs tollendā mo- nuit. In quo ille rationalium Medi- corum more, ſumpta à morbi cau ſa indicatione curationem inſtituit, non item ex ſymptomatum ſyndro me , more empyricorum. At idem vbi ventriculus , verbi gratia, alia ve quæuis pars neque phlegmone, neq. tumore vllo,aut morbo ſenſi- bus manifeſto affecta fuerit, ſed ſo- la intemperie ,tunc neq. morbum vllum in parte ineſſe cenſet præter ſo-

©BIU Santé

ſolam imbecillitatem, ac proinde, neq. methodo ne ve per indicationes à morbi eſſentia ductas partẽ curat more Dogmaticorum: ille verò Empyricorũ more potiùs incognita morbi eſſentia, ipſi adhibet remedia per experientiã ſcilicet inuẽta. Id autẽ Eraſiſtrato ideo accidit quòd partiũ ſimilariũ naturã in quatuor elementorũ tẽperie poſitam ignorat. Ac de libri quidem huius vtilitate quanta ſit, quàmq. prẽterea neceſſarium cùm ad morborum differentias numerumq. inueniendum, tum ad medendi rationem probè obeundam naturam humani corporis, ſingularumq. eius partiũ exploratam habere, ſatis ſuperq. ex his, quæ diximus, arbitror eſſe manifeſtum.

Quo magis mireris iſtos. De germanó libri auctore.

AVTOREM huius libri verè Hippocratẽ fuiſſe demonſtrat hoc loco

©BIU Santé

loco Galenus, idq. dupliciter, ratione ſcilicet, & auctoritate: ratione quidem, quod Hipp. in cæteris libris omnibus, qui vtiq. & verè, & omnium conſenſu germani eiuſdem libri ſunt, ſiue morborum inquirat differentias, ſiue præſagiendi artem tradat, ſiue curandorum morborũ rationes inueſtigare doceat, perpetuò his ipſis elementis, tanquam à ſe alicubi anteà demonſtratis ſolet vti: id quod tantus præſertim vir facturus non fuiſſet, niſi ea ipſa principia, & elementa, quibus tam ſæpe vtitur, alicubi demonſtraſſet. Quod cùm nullibi, præterquam hoc libro, factũ ab Hippocrate videamus, conſentaneũ profectò rationi eſt librũ hunc ab Hipp. fuiſſe conſcriptũ, ac proinde inter germanos eiuſdem libros eſſe connumerandum.

Accedit huc cùm cæterorũ interpretũ, tũ Platonis ipſius teſtimoniũ: cuius

©BIU Santé

cuius auctoritas hoc pluris esse debet apud nos, quòd is discipulis Hippocratis fuerit suppar. Is ergo in his, quæ supra ex Phædro citaui, verbis, vbi scilicet methodũ eã cõmendauit, quam hoc vno in libro in inquirenda natura corporis humani obseruatam videmus, cùm eam ab Hippocrate obseruatã dixerit, planè ostẽdit huius tũ libri, tũ Methodi auctorem verè Hippocratem fuisse.

Nunc quæ germanus Hipp. liber.

QVONIAM non pauca in hũc librum irrepserunt, quorum quædã verè Hippocratis non sunt, licet ab eo non dissentiant: alia verò, & ab illius sententia, & à veritate sunt aliena: Id circo Galenus vniuersam eorum omnium, quæ toto hoc libro traduntur, summam, argumentumque in sex tanquàm capita contrahit: in quorum primo de elementis, calido, frigido, humido, & sicco

©BIU Santé

& ſicco agitur, indeq. animantium natura conſtare oſtenditur: poſtea verò de humorũ natura diſſeritur: Atq. hanc quidem primã libri partẽ, totam Hippocrati auctori adſcribẽdam eſſe affirmat: reliquam verò huius operis partẽ variam eſſe: eamq. porrò in quinq. capita diſtribuit: in quorum primo morbi ij, quos ſporadicos vocant, ab Epidemicis diſtinguũtur: generaliſq. vtrórumq. curandorum ratio breuiter ſummatimq. indicatur. In altero deinceps capite venarũ anatome exponitur. In tertio de morbis varia quędam nullo ordine traduntur. In quarto victus ratio tum bene valentibus, tum gracilibus, tum obeſis, nec non etiam & pueris accommodata præſcribitur. Extremo tãdem capite de morbis cerebri nonnulla citra methodum tamen diſſeruntur.

Siquidem in libris ſuis germaniſſimis non ſolum

©BIU Santé

ſolùm vbi morborum tractat differentias, clariſsimè his principiis conſtat, ſed & huc illi in remediorum eſt rationibus inueniendis veſtigium.

HIC locus perobſcurè ab interprete conuerſus eſt: nos verò ita eũ commodiùs interpretabimur. Perſpicuò enim apparet Hippocratẽ in libris ſuis germaniſſimis non ſolùm morborum differentias ſtatuiſſe his principiis (nimirum calido, frigido, humido, & ſicco) cõſentaneas, verũ etiã & curationũ rationes ex iiſdẽ inueniſſe. Morbi nãq. ip ſi (ideſt morborũ differẽtię) penes calorem, frigus, humiditatẽ, & ſiccitatem diſtinguuntur interſe. Curatio verò adhibetur his quidem, quæ calent, refrigerandis, quę frigent contrà calefaciendis, iis præterea quæ humida ſunt, exiccandis, quæ ſicca ſunt, rurſus humectandis.

§ TEXTVS I.

Quicumq. conſueuit audi

©BIU Santé

re eos,qui de humana natura vltra,quàm quod ad medicinam pertinet,diſputant; huic certe diſputationē hāc audire non conuenit. Neq; enim prorſus dico Aërē hominem eſſe,aut Aquam,aut Terram,aut quidquā aliud: propterea quod non manifeſtò apparet vnum in homine ineſſe. Cæterum quibus hæc placet, dicere permitto.

HORVM verborū duplex eſt,vt Galenus monet ſenſus; & quidem longè alter ab altero diuerſus. Primus (quem ipſa verba prima ſpecie vide-

©BIU Santé

videntur præ ſe ferre) vt eos demum Hipoc. reprehendat, longiuſque quàm Medicinæ ratio poſtulat, ſermonem de natura humana abducere dicat, qui ignem, aërem, aquã, & terram humani corporis ſtatuunt elementa, vtiq. niſi miſceant ea, id eſt, ſi ſincera impermiſtaq. accipiãt. Atq. hunc quidem ſenſum amplexatus fuit Athenæus, qui & elementa Medicinæ eadem cum iis, quæ animalium propria ſunt, eſſe dixit: ea verò tam eſſe per ſe ipſa ſenſibus manifeſta, vt ratione demonſtrari non poſſint. Itaq. nihil opus eſſe, vt ad prima illa quatuor, quæ vtique ſenſum tranſcendunt, corpora progrediamur, ignem, aërem, aquam, & terram, vt quæ extra Medicinæ fines prodeant. Iureque proinde illos ab Hippocrate reprehendi, tanquã ſermonẽ de natura lõgiùs quàm Medici interſit, abducen-

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 67 sur 343

©BIU Santé

tes, qui illa ipsa corpora statuunt singularum rerum elementa. Sic ille locum hunc interpretabatur. Alter sensus est, qui ex iisdem verbis accuratiùs tamen pensitatis eruitur, vt ij demum ab Hipp. reprehendantur, qui vnum aliquod ex quatuor his solùm, non item, qui omnia simul ea quatuor statuunt rerum elementa. Atq. hunc certè sensum tanquam verum, & iis quæ deinceps hoc ipso libro tradentur, magis consentaneum approbat in commentario Galenus.

Neq. enim prorsus dico hominem aerem esse.

HORVM verborum sensus ambiguus est: cuius ambiguitatis ratio, tota in voce illa ὅλε τὸ πάμπαν sita est, quæ aliquando idem valet, quod Non omni ex parte, aliquando

©BIU Santé

do verò idem, quod Nulla ex parte.

ATHENEVS, ergo cùm existimaret eos hoc loco ab Hippoc. reprehẽdi, qui quatuor illa prima corpora statuerunt rerum elementa, sic interpretatur hęc verba, quasi voluerit Hipp, ignem, aërem, aquam, & terram, nullo prorsus modo in homine inesse.

AT Galenus, qui non hos, sed illos potiùs putat ab Hippoc. improbari, qui vnum ex his quatuor corporibus solum statuerunt rerum elementum, aliter multò, quàm Athenęus illud (non prorsus) interpretatur, vt idem valeat, quod non omni ex parte: atque hunc ipsum sensum, per ea, quæ paulò infra tradentur ab Hippoc. confirmari dicit.

Aut quid aliud.

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 69 sur 343

©BIU Santé

HOC propter eos adiectum fuit ab Hippoc. qui vnam aliquam naturam à primis quatuor corporibus diuersam, pro elemento rerum omnium solam statuerunt: in quibus fuerunt tum Epicurus, Democritus, Leucippus, Asclepiades, qui atomos introduxerunt: tum, Diogenes Apolloniates, qui certam quandam substantiam inter ignem & aerem mediam excogitauit: tum deniq. Melissus, qui materiam primam rerũ omnium principium solũ agnouit: ad quem potissimùm videtur Galenus hæc Hippoc. verba retulisse com. in Tex. iij.

Propterea quod non manifesto apparet vnũ in homine inesse.

HIS verbis Hipp. rationem reddit

©BIU Santé

dit eius, quod modò dixerat. (Neque enim prorsus dico hominem aerem esse) quo quidem loco nihilo minor, quàm supra occurrit ambiguitas. Causa autem ambiguitatis non aliunde oritur, quàm ex Amphibologia illius dictionis, ἔνεον: quæ certè dictio tum diuisim, & cum primæ literæ aspiratione ἓν ἐὸν, ideſt, vnum existens, legi potest, vt legit Galenus; tum coniunctim ac citra aspirationem, ἔνεον, ideſt, inexistens, vt legebat Athenæus. Ergo totum hunc locũ sic iste interpretabatur, quasi vellet Hippocrates nullo prorsus modo Ignem, aut Aërem, aut Aquam, aut Terram, aut quid aliud, quod syncerum impermistumq. esset, statui debere humani corporis elementum: idq. ipsum hac ratione ab Hippocrate confirmari aiebat, quòd nullum ex his manifesto appareat in ho-

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 71 sur 343

©BIU Santé

mine ineſſe. Quam quidem Athenęi interpretationem idcirco improbat Galenus, quòd quam plura obſeruemus ita miſceri inter ſe, vt nullum ex illis ſeorſum poſſit indicari: neq. propterea tamen effici ea commixta non eſſe, quòd nullum eorum ſeorſum poſſit oſtendi. Veluti in Tetrapharmaco, quandoquidem ceram, picem, reſinam, & adipē mixta eſſe non ambigimus: nemo tamen eſt, qui vllum ex his quatuor ſeorſum, ac à reliquis ſecretum poſſit oſtendere. Quinimo ea ipſa de cauſa quòd illa mixta ſunt, & illud protinus neceſſarium eſt, nullum eorum integrum in mixto ſupereſſe, ac proinde, nec ſeorſum indicari à quoquam poſſe. Quo circa Galenus reiecta hac Athenęi interpretatione, ſic totum hunc locum interpretatur, quaſi

©BIU Santé

quasi velit Hippocrates dicere hominem non esse prorsus, neue omni ex parte ignem solum, aut aërē, aut aquam, aut terram, aut aliquid aliud. Id autē eo argumento ab Hipp. confirmari, quòd minimè appareat manifestò vnum ex his solū in homine inesse. Atqui si vnū ex illis solū esset humani corporis elementū, profectò id vnū manifestò deberet in eo apparere. Ex quo constat non redatgui ab Hipp. hoc loco eos, qui quatuor illa prima corpora in homine, tanquàm eius elementa contineri censent, sed eos potiùs, qui dicunt naturā corporis humani, vel ignē vnum solumq. prorsus esse, vel solum aerem, vel aliud quodcunq. reliquorū. Itaq. Hippocratem haud quaquam voluisse Ignem, Aerem, Aquam, & Terram, in nobis nullo inesse prorsus modo, sed id potiùs significasse naturam corporis huma

©BIU Santé

ni neq. ſolum ignem omni ex parte ſtatui debere, neq. ſolũ aerem, propterea quòd, ſi id ita eſſet, illud quoq. neceſſariũ foret, vt vnũ id ſolum in corpore humano appareret ineſſe manifeſtò. Quòd verò paulò antè dixerat Hippocrates, eos, qui vnum ex his quatuor ſolum ſtatuunt rerũ elementum, Medicæ artis fines tranſilire, id verò propterea ab Hippocrate dictũ fuiſſe interpretatur Galenus, quòd per hanc illorũ Hypotheſin tota ars Medica vnà cũ ſuis principiis euertatur. Etenim ſi vnũ eſſet humani corporis elementũ, dolor omnis, atq. adeo, & ſenſus, & imaginatio, & memoria, &, vt ſemel dicã, paſſio omnis, & quęcũmq. per paſſionẽ obitur in nobis actio de medio tolleretur. Atquè id ipſum eſt, quod infrà ſignificauit Hipp. cũ dicit, Si homo vnum eſſet, non doleret, ſed &, vt demus hominem quã-

©BIU Santé

uis ex vno elemento ortum dolere posse, at illud certè alterum incommodum proculdubio sequeretur, vnum tantùm medicamentum specie, vnamq. itidem curandi rationem semper fore. Quod si sit, nulla iam erit medendi ars, nullus Medicinæ vsus reliquus. Cùm enim medendi officium in eo constistat, vt vnicuique generi morborum suum accomodatumque medicamenti genus adhibeatur, profectò officium id nullum est prorsus futurum, si & plures morborum differentias, & plures medicamentorum species esse neges. Cùm enim nec in medicamento vno inueniendo addiscendo ve, vlla sit futura nobis difficultas: nec in eodem vsurpando vllũ erroris periculum, profectò medẽdi arte nihil nobis fore opus li-

liquet

©BIU Santé

quet. Iure ergo Hippocrates hoc loco de iis agens, qui vnum ſpecie, ſtatuunt hominis, vt & cæterarum rerum elementum, dixit illos de humana natura vltra quàm Medicæ facultatis interſit, diſputare. Ac proinde & eos, qui huic illorum ſententiæ ſe totos addixerunt, minùs idoneos futuros eſſe eorum, quæ hoc libro traduntur, auditores, nec vllum ex illis fructum eſſe percepturos. Quo circa meritò ſe illos, tanquam deſperatos dimiſurum eſſe profitetur, nec aduerſus illorum Hypotheſin quicquam diſputaturum: præſertim quòd ad nullam artem pertineat ſua ipſius principia demonſtrare, ſed vnaquæq. ars ab altera ſcientia ſuperiori demonſtrata iam principia aut aliter vtcunq. confirmata mutuetur. Velut Medicina quidem aut

©BIU Santé

aut à Philoſophia naturali, aut à prima illa, quæ communis omnibus ſcientiis eſt, diuiniori Philoſophia, quam Metaphyſicem appellamus. Cuius quidem ſcientiæ munus eſt artium & ſcientiarum reliquarum principia ſtabilire, vt teſtatur Galenus libro de elementis primo.

TEXTVS II.

Mihi verò videntur non recte ſentire hi, qui talia proferunt: eandem enim omnes vſurpant ſententiam: neq; tamen eadem eloquuntur. illi verò vno eodemque epilogo ſiue argumento ſententiã ſuã cõfirmãt. Aiũt enim vnum eſſe quod eſt, idq. ipſum

©BIU Santé

ſum & vnum eſſe, & vniuerſum: verbis autem diſcrepāt: hic quidem aërē hoc ipſum eſſe aſſerens, ille ignem, alius aquam, non nemo terram. Tum ad ſuam quiſq. ſententiā confirmādā teſtimonia, & argumenta colligit, quæ nullius ſunt momenti. Iam verò quod in vnam eandemque omnes eunt ſententiam, nec niſi verbis diſſentiunt, vel id manifeſto arguit illos ea, quæ ipſi profitentur, non ſatis intelligere. Quod certè facilè cognoſces, ſi

eorum

©BIU Santé

eorum contentionibus interſis. Nam cùm homines iidem, & corã iiſdem contendant inter ſe: tamen nunquam idẽ ter deinceps euadit in diſputatione ſuperior: verùm modo hic vincit, tum ille, vel alius, vt cuique maxime obtigerit lingua expedita, vulgique auribus accommodata. At enim par eſt eum, qui recte ſe de rebus ipſis ſentire profitetur, rationẽ ſuam ſemper potiorem ſupe-

©BIU Santé

ſuperioremq, pręſtare, vtiq. ſi & id quod eſt, in rebus pernouit, & commode id ipſum ediſſerit. Verũ iſti quidem mihi ſuis ſe verbis in diſputando prodere per ignorantiam videntur: & vero Meliſsi opinionem erigere, ac tanquam poſtliminio reuocare. Verũ de his ſatis.

QVANVIS propoſuiſſet paulò anté, Hipp. ſe eorum, qui vnum rerum elementum ſtatuunt, ſententiam haudquaquàm eſſe refutaturum, ſed eam quibus placeret libenter permiſſurum: idem tamen hîc iſtorum hominum, vt Galenus quidem coniicit, gloria plus ſatis iam apud vulgus prævaleſcente commotus

©BIU Santé

motus, ac ne cæteri ipsorũ auctorita te seducti in eundẽ hunc errorẽ de- uenirent, tanquã Metaphysici par- tes agens, eorũ hypothesin conuel- lere aggreditur. Non aliter profe- ctò Aristoteles, cũ alienũ à naturali scientia esse dixisset de ente, nũ vnũ immobileq; sit, an secus, disputare, nihilq; opus esse eorũ, qui id asse rẽt, rationes, tã absurdas præsertim, tãq; alienas ab experientia refellere, in progressu tamen aduersus Parme nidẽ, & Melissum disputationem instituit. Lib. 1. Phys.

ITIDEM ergo Hipp. hoc loco eos confutat, qui vnũ de quatuor il lis corporibus, quodcũq. ve aliud so lum hominis, atq. adeò cæterarum omniũ rerũ elementũ esse voluerũt. Atq. eos quidem dupliciter redar- guit: primò quod Thesis ista, quam profitẽtur, à se ipsa falsa sit, nihiloq. quàm illa altera Melissi opinio, mi-

©BIU Santé

nus abſurda: Tum quòd ratio, qua theſim ſuam quiſq. illorum confirmare nititur, leuiſſima ſit, ac nullius planè momenti. Ac quòd theſis quidem eorum, qui vnum rerum omnium ſtatuunt elementum falſa ſit, proximis illis verbis oſtendet, cùm dicet (ſi vnum ſit homo non dolebit) quòd autem ratio eorum leuiſſima ſit, vel ex eo conſtat, quòd cùm iſti diuerſa profiteantur, id eſt, diuerſa rerum elementa ſtatuant, hic ignem, ille aërem, alius aquam, non nemo terram: vno tamen & eodem epilogo, ſiue argumento ad ſuam quiſq. ſententiam confirmandam vtitur. Ratio verò qua omnes hi promiſcuè vna, & eadem vtebātur, ex mutua elementorum ipſorum inter ſe tranſmutatione transformationeq; ducitur.

ETENIM qui aquam rerum ſtatuunt

©BIU Santé

tuunt elementum (cuius ſententiæ auctor fuit Thales Mileſius) hi hac ratione adducebantur, quòd ea denſata fiat terra, laxata verò, ac veluti fuſa aër, quòd ſi ampliùs fundatur, atque laxetur ignis. Itidem, qui aerem potiùs ſtatuunt elementū (quę Anaximenis ſentētia fuerat) eundem quidem rarefactum ignē fieri dicunt, denſatum aquam, tandemq. ampliùs denſatum etiam terram. Atq. hanc eandem rationem reliqui, vti dixi, ad reliqua tranſerunt elementa.

HVIVS ergo rationis à mutua elementorum ipſorum inter ſe tranſmutatione ductæ, duplex vitium eſt: primùm quidem quòd nō efficiat id, quod per eam vnuſquiſq. iſtorum efficere conabatur. (Neq. enim poteſt iſta ratio, vna eademq. cù ſit, hypotheſes tā diuerſas effice)illa verò potiùs id efficiet, quod

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 83 sur 343

©BIU Santé

Plato in timæo eodem argumento vſus contendit: Vnam videlicet eſſe materiam primam corporibus iſtis quatuor, eorumque mutationi ſubiectam. Quocirca iure iſti ab Hipp. reprehenduntur, quòd rationis eius, qua vtebantur, vim non ſatis intelligerent: quodque per eam vnum de quatuor corporibus, ignem ſcilicet, aërem, aquam, & terram concluderent eſſe ſolum rerum elementum: cùm illud potiùs colligere debuiſſent, vnam ſub eſſe iſtis quatuor corporibus communem materiam, ſiue eam demũ vnam ſolamq. rerum principium, & elementum vellent eſſe (id quod Meliſſus falſò arbitratus eſt) ſiue principiũ quidẽ eſſe illã rerũ naturaliũ, non tamen ſolã: ad illam verò etiã & formam, tanquam alterum principium, vt Ariſtoteles exiſtimauit addendam eſſe, vel, vt Gal. mauult, ipſas,

©BIU Santé

ipſas primas quatuor qualitates. Me
ritò ergo veteres iſti Philoſophi ab
Hippoc. reprehenduntur, non ſo-
lùm quòd nihil eorum, quę ipſi con
tendebant, rationibus ſuis efficerēt:
verùm etiam quòd Meliſſi ſenten-
tiam, ab omnibus alioqui, & quidē
iure optimo iam exploſam, aſtrue-
re denuò viderentur. Quin etiam il-
los eò grauiori, quàm iſtum ipſum
Meliſſum reprehenſione dignos eſ-
ſe conſtat, quòd hic cùm rerum om
nium vnicum elementum, vnamq.
proinde naturam eſſe ſtatuiſſet, ne
parum ſibi conſtaret, iure tranſmu-
tationem mutuam elementorum,
vt & cæterarum rerum omnium de
medio ſuſtulit. At iſti, de quibus agi
mus, Philoſophi, quamuis vnum
perinde, vt & Meliſſus, idq. ſo-
lum rerum omnium elementum
eſſe poſuerunt, iidem tamen qua-
ſi immemores ſui, vnum id de qua-

©BIU Santé

tuor corporibus, quodcumq. demũ quisq. elementum statuisset, id inquam, in reliqua tria corpora transmutari, tum ex iisdem oriri fassi sunt, quod erat alterùm istorum vitium nec exiguum: in quo quidem illi suam, tum inconstantiam, tum vecordiam prodiderunt.

Neq. enim solum illud vnum &c. Sed præter id qualitates quatuor.

ARISTOTELES duo principia constituendorum elementorum, atque adeò cæterarum rerum statuit, materiam primam scilicet, & formam materialem. Galenus verò nullam aliam formam in elementis agnouisse videtur præter summas qualitates: itaque has ipsas hîc statuit principium alterum elementorum. Quamquam, si exactè Philosophorum more loquamur

©BIU Santé

quamur, illæ non ſunt formæ ſubſtantiales nominandę: neque enim ſunt ſubſtantiæ: id quod ex eo apparet, quòd nulla ſubſtantia eſt per ſe ſenſibilis, vt teſtatur Ariſt. lib. 2. de Anim. Præterea de binis qualitatibus, quæ ſunt in igne, aut neutra erit elementi forma, aut certe (quod nefas eſt dictu) vtraq. Cæterum de hac quæſtione infra ſuo loco copioſiùs diſſeremus.

Verumenimuero duæ ſunt res

NON eadem eſt principij notio, quæ elementi: elementum ſiquidem tripliciter differt à principio: primùm quod licet illud in alia corpora ſimpliciora ſe diſſolui non poſſit, vt quod ex corporibus aliis ſimplicioribus conflatum non ſit (elementum namq. minima totius pars definitum ſupra fuit) at cogitatione tamen in principia diſ-

©BIU Santé

ſoluì poteſt: principiū verò non itē. Differunt præterea, quòd verū corporum elemenrū eſſe nihil poteſt, quod non idē etiā corpus ſit. Oportet ſiquidē id, quod eſt elementū, eiuſdē generis eſſe cū eo, cuius eſt elementū. At principiū, vt in eodē genere ſit, in quo id, cuius eſt principiū, nihil eſt neceſſe: neq. enim materia prima corpus eſt, vt neq. forma, aut vlla è quatuor primis qualitatibus. Poſtremò differunt q principiū non neceſſariò eſt trāſmutabile, ne ve ortui, aut interitui, vllive omnino paſſioni obnoxiū, perinde vt rerū elemēta: ſi quidē materia prima, vt qualitate omni, ac forma caret, ita à ſe ipſa ingenerabilis incorruptibiliſq. eſt, vt teſtatur Galenus lib. 1. de elementis.

Cui cum ſummus calor affuerit, efficitur ignis it; euadit aer ſi ad id extrema humiditas acceſſerit: eodem modo fit terra, quando

ſubie-

©BIU Santé

ſubiectum id, quod omnis qualitatis natura ſua expers eſt: ſola citra calorem ſiccitate afficitur, aqua, quando humiditate.

QVALITATES quidem primas Galenus elemẽtorũ effectrices quandoque nominat: vt quas elementorum conſtituendorum putat eſſe principia itaq. ſumma caliditate materiæ aduenientè iam corpus fieri elementum. Cæterùm qua ratione eas elementis, ſiue corporibus quatuor primis aceõmodauerit, nõ ſatis cõſtat: eſt enim vbi aquã ἀκρῶς, ideſt ſummè humidã eſſe aſſerit: eſt etiam vbi aërem nonnunquam verò ambo hæc elementa ἁπλῶς, ideſt ſimpliciter (vt & primò) humida ſtatuit, ignem verò, & terram ſicca.

Lib 1. de Elem. Specificas etiã vocat. lib. 3. Simp. medic. fac.

Lib 1. de Temp.

Lib. 1. de Temp. ca. 6.

STOICI porrò ſummũ frigus aëri tribuerunt, quẽ tamen Ariſt. calidum cenſuit. Iam verò Gale. lib. 1. de elementis, terræ ſummam tribuit,

Li. 2. de ortu & inte ca. 1. lib. 4. Meto.

©BIU Santé

buit tum ſiccitatem, tum frigiditatem, perinde, vt & igni calorem ſiccitatemq.

IDEM porrò de aëre varius videtur fuiſſe: lib. enim octauo. de vſu p. aërem frigidum, aut certè refrigerandi cordis vim habere, vel Ariſtotele etiam teſte, dixit: idem confirmat lib. de vſu reſpir.

AT idem Aph. 14. lib. 1. calidum humidūq. cum Ariſt. aërem videtur ſtatuiſſe. Sed & com. 1. in hunc de natura humana librum ſummū frigus aquæ, perinde, vt Ariſt. tribuit, aëri verò humiditatē, igni calorem, terræ deniq. ſummam ſiccitatem.

Super Tex. 13.

ARIST. namq. ſingulis elementis binas attribuit qualitates, quarū altera quidem excellens ſit, & ſumma, altera prope ſumma, ita vt ignis verbi gratia, ſummum calorem cū ſiccitate copulatum habeat, aër ſummam humiditatem cum calore, a-

Lib. 2. de orto & interitu.

qua

©BIU Santé

qua ſummum frigus cum humidita te, terra demum ſiccitatē ſummam cum frigore.

Nam de primo frigido non parua quæſtio exiſtit

ARISTOTELIS ſententiâ primum frigidum ad aquā potiùs, quàm vt Stoici cenſent, ad aërē pertinet. At Plutarchus in eo libro quē de primo frigido inſcripſit, terræ ſummum frigus attribuit: idq. pluribus contendit rationibus: primò quòd longiſſimè diſtat ab igne: deinde quòd eidem, & opacitate, & denſitate, & grauitate, & ſtabilitate, immobilitateque prorſus aduerſatur. Cæterùm quæſtione hac de primo frigido tanquam Medico ad artis vſum parum vtili prætermiſſa, monet nos Galenus, vt ad alteram illam

©BIU Santé

illam quæſtionem ab Hip. poſitam nos referamus, qua quęritur, vtrùm corpus humanum vnũ ſimplex q. ſit, an verò ex quatuor ſimplicibus corporibus conſtitutum. Quæ quidem quæſtio quàm ſit medico vtilis, docet Gal. tum lib. 2. Meth. medendi, tum lib. 8. de decr. Hip. & Plat.

Potior ergo erat ſanè in prima oratione.

Confirmat hìc iterũ Galenus interpretationem eam, quam ſupra attulerat contra Athenęũ in primã Hippocratis ſententiã: dicitq. eo loco id affirmaſſe Hippocratẽ, plura vno eſſe elementa corporis humani: non itẽ id, quod Athenęus putabat, nullum de quatuor primis corporibus in nobis ſincerũ impermiſtumq. ineſſe.

Hanc autẽ eſſe germanã verborũ Hippocratis ſententiã, eo confirmat Galen⁹, quòd nemini eorũ, qui quatuor illa ſtatuunt rerũ elementa, ne

in men-

©BIU Santé

in mentem quidē venerit vnquam, vt diceret, vllū ex his ineſſe in corpore ſincerum. Quinimo illud potiùs aſſeruerunt, id, quod ex elementis conflatum eſt, vnū quoddam eſſe certum corpus ab ipſis vtiq. diſtinctum elementis: perinde vt Tetrapharmacum, quod neq. ceram eſſe dixeris, neq. reſinam, neq. adipem, neq. picem, ſed vnum quidpiam ab his ipſis planè diuerſum, quod tamē alioqui ex his omnibus ſit conflatū.

Atque hic quidem eſt huius apud Gal. loci ſenſus: cuius verba quoniā non ſatis cōmodè ſunt ab interpretibus latinè expreſſa, ideo eum hic emendatiorem afferre placuit. *Quod etenim non ϒνum, ſed plura ſint, quæ conſtituunt hominis naturam id verò oſtendit Hipp. non item, quód nullum de quatuor elementis ſincerum in corpore ſit. Primum enim non hoc dicunt huius ſententiæ auctores; illi verò ϒνum quidpiam præter*

quatuor

©BIU Santé

quatuor illa, quod ex illis concretum ſit, ſtatuunt.

HIC Athenæi interpretationē, quā ille ad ſententiā primā Hip. attulerat, tacitus redarguit. Is enim verba illa Hip. ſic interpretabatur, quaſi ij eo loco ab Hip. reprehenderētur, qui quatuor illa Ignē, Aerē, Aquā, & Terrā ſtatuerunt elemēta corporis humani, niſi mixta illa accipiāt: propterea quod ſi eadē pura atq. ſincera eſſent elemēta, profecto deberēt talia in homine manifeſtò ineſſe apparere. Contra quem Galenus hoc loco agens, id demū, inquit, eſt quod hîc ab Hip. demonſtratur, Non vnū ſed plura eſſe, quæ naturam hominis conſtituunt elemēta: nō itē, quod putauit Athenæus, nullū eſſe de quatuor his in corpore ſincerū. Id enim nemo eorum dixit, qui Ignem, Aerem, Aquam, & Terram ſtatuerunt rerum elementa, neq. Ariſt., neq. Stoici,

©BIU Santé

Stoici, neq. Empedocles: illi vero potiùs vnum quoddam præter quatuor ista, quod ex illis concretum sit, statuunt. Alienum siquidem à ratione esset negare, hæc quatuor esse corporis humani elementa; propterea quod nullum eorum sincerum atq. integrum in nostro corpore appareat. Nam hac ratione certè eadem ista prima corpora mūdi elemēta esse negare deberem?, quoniā nullum eorum est in mūdo, quod sincerum, atq. ab omni aliorum mixtione purum sit.

Nam quidam quatuor qualitates.

INNVIT hoc loco controuersiam illam, quę fuit inter Stoicos & Peripateticos, cuius sæpe meminit Gal. Aristoteles quidē certè vbi agit de mixtione, apertè dicit, miscibilia, vt misceātur, nihil opus habere, vt in particulas, ne ad sensū quidem minimas comminuantur, nedum,

Lib. 2. de ortu, & interitu.

©BIU Santé

ne dum in eas, quæ reuera minimæ, & individuæ sunt: quales esse non posse à Geometris ipsis euidentissimè demonstratur: vnde colligit quatuor prima corpora, & eorum substantias, misceri quidē totas exactè ad vnionē inter se, non tamen secundum ipsas substantiæ partes, sed solùm secundùm qualitates, ita, vt nullæ sint vnius elemēti partes, quæ non participent qualitates reliquorum elementorū, quæq. vicissim illis qualitates suas non communicent. At Stoici elementa ipsa non solum secundùm qualitates, verùm etiam secundùm substantias tota per tota misceri censuerunt. Ac de duabus quidem his sententiis, superiorem illam Aristotelis tanquam probabiliorē, & à calumniis tuiorē secutus est cùm sæpe alibi, tum verò in libris de substātia facultat. naturali. Galenus. Vbi corpora (inquit)

L. ibi de substan. facult. nat.

quæ

©BIU Santé

quæ apud nos ſunt, ex quatuor elementorum temperatura cuncta cõ ,,
ſtari certò me ſcire profiteor: quæ ,,
præterea, & per ſe contemperentur tota, non, vt putabat Empedocles exiguis comminuta partibus ,,
miſceantur. Num autẽ ſe totas peruadentibus inuicẽ corporeis ſubſtantiis, an ſolis qualitatibus, neq. ,,
cognitu neceſſarium arbitror, neq. ,,
pronuntio: cęterũ qualitatibus temperaturas, id eſt, mixtiones fieri probabilius iudico: itaq. Aſclepiadis rationes, quibus ille conatur eos, qui ſubſtantias totas per ſe totas miſceri dicunt, conuellere, nullam habere prorſus contra Ariſtotelem vim teſtis eſt Galenus. Gal. li. 1 de ele. ſub fine.

TEXTVS III.

AT vero ex Medicis quidam, hominem ſanguinem eſſe dicũt, alij bilẽ, alij pituitã

©BIU Santé

POSTEA quam aduerſus Philoſophos eos diſputauit, qui aut ignem ſolum, aut ſolùm aërem, aut aquam itidem, vel terram ſolam exiſtimabant eſſe humani corporis naturam, vel elementum: iam hîc ad Medicos ſe referens, eos demùm refutat, qui vnum quempiam de humoribus quatuor naturam & elementum humani corporis ſtatuerunt. Itaque quod ſupra in veris, ac primis humani corporis elementis docuit, idem nunc in ſecundis, ac ſenſibilibus docet. Ex quo ſatis perſpicuus apparet primæ illius Hippocratis ſententiæ ſenſus, qui tamen ambiguus videbatur, nec eos ibi ab Hippocrate reprehendi, qui quatuor rerũ elementa ſtatuerunt, ſed illos potiùs, qui vnum ex his quatuor ſolum, atq. vnicũ rerum elementum ſtatuiſſent.

TEX-

BIU Santé

TEXTVS IIII.

IAM & ij eandem omnes faciunt concluſionem: aiunt enim vnum eſſe, quod cuique appellare libeat: porrò id cùm ſit vnum, formam, & facultatem mutare à calore vel frigore coactum, fieriq, dulce, & amarum, & album, & nigrum, & cuiuſcunque alterius generis: ſed mihi hæc non videntur ita ſe habere, [Itaque plurimi talia, atque etiam alia his proxima pronuntiant.]

©BIU Santé

Quemadmodum è Philoſophis ij, qui vnum de quatuor corporibus, aut quid aliud ſtatuebant vnicum ac ſolum rerum elementum, hi, ad ſuam hypotheſin confirmandam vna eademq. ratione, eaq. ab elementorum mutua tranſmutatione ſumpta communiter omnes vtebantur: ita,& ex Medicis ij, qui vnũ de humoribus aſſerunt humani corporis elementum, vnam eãdemq. rationem cõmunẽ à tranſmutatione itidem mutua ductam ad ſuã de vnoquoque humore ſentẽtiam ſinguli confirmandã vſurpabant, quòd ſcilicet humor ille, quicunque is tãdem ſit, in cæteros humores conuertatur. Hanc ergo illorum rationẽ negat efficere id, quod quiſque iſtorum contendebat: videlicet vnumquemoiam de quatuor humoribus his, eſſe humani corporis elementũ: Verùm illud potiùs per eã demonſtrare

BIU Santé

ſtrare ait, vnum quempiam humorem antiquiorem his eſſe, ex cuius conuerſione iſti ipſi humores oriantur: Qui humor vtiq. ſolus ſit humani corporis elementum. Hæc itaq. illorum ſententia, præterquã quod, per ſe ipſa falſa eſt, tantùm abeſt, vt ratione ea, qua illi nitebantur, confirmetur, vt eâdem potiùs euertatur; ſiquidem per eam, illud vnum efficitur, vnam quandam naturam, quatuor humoribus ſubiectam eſſe, quæ cæterorum humorum, modò hanc tum illam viciſſim formã aſſumat.

Cuiuſmodi in medica ſpeculatione.

HANC de vno communi humore ſententiã cæteris quatuor humoribus antiquiori dicit Gal. non poſſe in Medicina conſtare per inde, vt Meliſſi ſententiam, in Philoſophia naturali. Quem quidem locum, ita interpretor, quaſi velit

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 101 sur 343

©BIU Santé

Galenus nullum potuiſſe in Medicina dogma conſtitui tale, quale quod à Meliſſo in naturali Philoſophia conſtitutum fuit: Propterea quòd non poſſit inueniri vlla natura à quatuor his humoribus diuerſa, quæ vna eademq. manens, humoribus ſingulis,& eorum tranſmutationibus ſubiiciatur, perinde vt materia prima primis quatuor corporibus,eorundemq.mutationibus ſubeſſe dicta eſt, immutabilis alioqui ipſa manens,& incorrupta,quã vnã Meliſſus rerum omnium principium,& elementũ aſſeruiſſe dictus eſt. Huic ergo illius ſententiæ nullam in Medicina hæreſim, quæ illi reſpondeat, extitiſſe dicit. Licet verò etiam aliter locum hunc Galeni interpretari, quaſi voluerit is non poſſe tale dogma in Medicina conſtare, perinde, vt neque in Philoſophia naturali Meliſſi

©BIU Santé

lissi sensentiam stare posse osten-
sum fuit.

*Quatenus ergo dicunt istud vnum calo-
ris & frigoris vi mutari, euadereq. dulce,
amarum, album, & nigrum nullum isti ex
quatuor illis dicere videntur.*

SICVT quatuor prima rerum elementa Hippoc. consueuit à qualitatibus primis nominare: ita hîc, quatuor humores, qui secunda sunt hominis elementa, à qualitatibus secundis cognominauit, sanguinem quidem, & bilem à saporibus, propterea quod sanguinis, vt & bilis differentiæ quamuis colore differant, vno tamen omnes sapore conueniunt, alteræ quidem dulcedine, alteræ autem amarore, At pituitam humoremque melancholicum idcirco à calore nominauit, quòd quamuis vtriusuis differentiæ sapore differant inter se, colore tamen omnes conueniunt.

©BIU Santé

Pituita ſiquidem omnis, ſiue ſalſa, ſiue acida, ſiue inſipida, ſiue dulcis ſit, albo perpetuo colore eſt: itidem, & melãcholia tam acida, qualis quę ex vſtione ortum habuit, quàm acerba, qualis eſt humor melancholicus naturalis, nigro perpetuò colore apparet.

Iam per id quod ad finem orationis adiectum eſt καὶ παντοῖον, id eſt, qualecunq. aliud, ichores eos indicat, qui in morbis grauibus procreantur.

Ichoris nomen, licet variis modis vſurpetur, varièq. ab interpretibus exponatur, dum hi quidem ſaniem, illi virtus, alij ſerum, nonnulli cruorem interpretantur, ferè tamẽ vbique tenuem quandam, ac ſerоſam ſignificat humoris ſuperfluitatem, ſiue decolor ea demum ſit, vt vrina, ſiue æruginoſa, ſiue fuſca, glaſteaq. aut cęrulea, aut porracea, aut rubens deniq. appareat.

TEX

©BIU Santé

TEXTVS V.

Mea verò ſententia eſt, ſi vnum ſit homo, nullo vnquã dolore afficiatur: neq. enim eſſet à quo doleret, vbi vnum tantum foret.

Poſtea quam Hippoc. eorum Philoſophorum, qui vnum de quatuor primis corporibus rerum elementũ ſtatuerunt, rationem refutauit, oſtẽdit q. eam ne probabilem quidem eſſe, nedum certam apodicticamq. iam ipſam illorũ theſim in quæſtionẽ vocat, eãq. falſam eſſe hoc argumento, vt validiſſimo, ita & breuiſſimo demonſtrat, quòd, ſi homo vnũ eſſet, non doleret: quaſi diceret, ſi vnũ ſpecie eſſet hominis elmentũ, nõ doleret: quandoquidẽ ne pateretur quidem. Cùm enim nihil à ſe ipſo

©BIU Santé

patiatur, ſed ab altero, profectò ſi vnum eſt rerum omnium elementum, atque vna natura, nullum corpus erit patibile, ac proinde neque doloris particeps: Atque hoc quidem argumento, non ſolùm Thaletis, Anaximenis, Heracliti, Meliſſi, præterea, & Democriti, Epicuri, Leucippi, Aſclepiadiſque ſententia euertitur rerum omnium elementum vnum ſpecie ſtatuentium; verùm etiam eorum opinio confutatur, qui plura quidem, ſed impatibilia elementa poſuerunt, ſiue ea demum ſenſus poſuerint expertia, vt Empedocles, ſiue, vt Anaxagoras, partim ſenſu prædita, partim eodem carentia. Quicunque ergo elementa impatibilia ſtatuerunt, quoquomodo illa demũ ſtatuiſſent, hoc vno argumento conuincuntur, quòd neque homo, nec cæterorum vllum pate-

retur,

©BIU Santé

retur, aut doleret. His ergo verbis licet breuiſſimis ambo illa oſtendit Hippocrates & quòd plura vno ſunt prima rerum elementa, & quòd eadē ſūt patibilia, alterabiliaq. Lib. 1. de elem. c. vlt.

TEXTVS VI.

Quod ſi etiam doleret, neceſſario etiam vnum medicamentum eſſet.

ALTERA ratio eſt, qua contendit non eſſe vnum ſpecie hominis elementum, ratio autem hęc eadē figura ſyllogiſtica cōtexitur, qua ſuperior: aſſumpto enim oppoſito conſequentis, concludit oppoſitū antecedentis. Licet ergo, demus ambo illa poſſe cohęrere, vt & vnū ſit homo, & doleat: illud tamen incommodum neceſſario conſequetur, vt ſi homo ſimul, & vnum ſit, & doleat, vna quoque medendi ratio futura

©BIU Santé

futura ſit: atqui medendi ratio, non eſt vna: ergo neq. illud fatendū erit, hominem ſimul, & vnū eſſe, & dolere. Quod autem inde neceſſariò illud conſequatur fore, vt vna medēdi ratio ſit, vel ex eo conſtat, quod vna futura ſit morbi ſpecies, nō plures: vnicuiq. autem ſpeciei morbi, vnam tantum curandi rationem deberi, prēterquam quòd euidens per ſe ipſum eſt, teſtis etiam eſt Gal. libro 2. methodi Medendi. Quòd ſi quis obiiciat id, quod à quibuſdam Neotericis obiectum video, nec dū tamen ab illis ſatis explicatum, fieri poſſe, vt plura vno exiſtant genera morborum, etiā ſi vnū tantū ſpecie ſtatuamus rerum elementum: veluti iuxta Aſclepiadis ſententiam, qui quāuis vnū ſpecie poſuerit elementū, duo tamen agnouit morborū genera, alterū a laxitate meatuum, alterū ab aſtrictione; huic equidem ita reſpon-

©BIU Santé

respondendū censeo, agere Hippocratem hîc de morbis his, qui passione fiunt, non item de his, qui ex cōpositionis vitio oriuntur. Cùm ergo passio multiplex esse non possit, si homo vnū sit, illud iam necessariò efficitur, vt neq. morbi species, neq. curādi rationes plures vna esse possint. Quòd autem passio multiplex esse non possit, si homo vnum sit, ex eo constat, quod si vnū hominis, vt & cæterarū rerū elementum, vnaq. proinde omniū natura sit, & vnū itidē futura sint omnia: ita fiet, vt quicquid patitur à se ipso, aut ab eo, quod idem sibi ipsi sit, omnino patiatur, non itē ab alio diuerso. Accedit huc, quod si vna sit rerum omniū natura, & vnum quoq. ab eadē natura lapsum, ac proinde, & vnū vicissim ad naturam reditū fore fatendum est: ex quo efficitur vnicam futuram

©BIU Santé

turam esse sanationem, quod si sit, nihil iam erit Medicina opus, itaq. tota medendi ars tanquam ociosa, & inutilis explodenda venit. Hæc ergo absurda cùm sint, illud iam ratum solidumque manet hominis, vt & rerum cæterarũ elementum non esse specie vnũ. Hoc idem confirmauit Arist. altera illa ratione à tangendi instrumẽto ducta: Homo (ait) vt & animal quodcunque & tactu, & tangendi instrumento eget necessariò: at tangendi instrumentum non potest non quatuor qualitatum tactilium temperatura constare: alioqui enim non posset de illis omnibus certò iudicare: quare efficitur, animalium omnium corpus quatuor qualitatibus tactilibus à natura participare, ac proinde ex pluribus elementis esse constitutum.

Lib. 2. de Ani.

TEX;

©BIU Santé

TEXTVS VII.

At verò multa habentur, quia multa in corpore insunt, quę cùm præter naturã à se mutuò calefiunt, aut refrigerãtur, aut siccescũt, aut humescũt, morbos pariunt. Ex quo multæ sunt morborum formæ, & multæ quoque eorum curationes.

CVM proxima sententia Hippocrates hominem non esse vnum, hoc est non ex vnico constare elemento duabus rationibus breuissimis demonstrasset; & quia, si vnum esset dolere non posset: & quia, vt posset, tamẽ nõ essent curãdi rationes plures, sed vna, ac proinde, & me-

©BIU Santé

& medicamenti genus itidem vnũ. Iam hîc Hipp. contrariũ conſequentis docet, vt contrariũ probet antecedentis. Demonſtrat ergo plura, ac diuerſa eſſe medicamenta, hoc eſt diuerſas eorum ſpecies, ac facultates eſſe: huius autem id fidẽ facere (ait) quòd plures in corpore apparent affectionũ præter naturã morborũq. differentiæ: quæ, vt ſunt diuerſæ inter ſe, atq. adeò etiam interdum contrariæ, ita & contrariis medicamentorum generibus ac facultatibus gaudent. Illud ſiquidem experientia nobis exploratum eſt, cũ qui ex nimio calore doleat, refrigerantibus iuuari, contrà verò calefacientibus ſanari eum, qui ex frigore: itidem, & qui ex nimia humiditate dolet (veluti cùm quis nimio potu ſe impleuit) hunc ſiccantibus vacuantibuſq, ſanari, humectantibus cõtra iuuari illos, qui nimia ſiccitate

ſunt

©BIU Santé

ſunt confecti: veluti cùm quis ſiti cruciatur. Non aliter, & in affectionibus complicatis euidenter apparet ſuum cuiq. affectioni medicamentum deberi, ſuamq. itidẽ propriam, & accõmodatã curationem. Cùm ergo quotidiana experientia euidenter oſtendat plures, diuerſaſq. eſſe affectionũ differẽtias, eaſq. diuerſis, ac propriis medicamentorum facultatibus curari: & illud profectò certum, exploratumq. erit, quod hoc loco Hippo. demonſtrare inſtituit, plura vno, diuerſaq. eſſe medicamentorum genera, & quidem totidem, quot ſunt morborum, affectionumve præter naturam differentiæ illis ex aduerſo reſpondentes: de quibus quidem affectionibus Hippo. quatuor tãtùm memorat hoc loco calorem, frigus, humiditatem, & ſiccitatem: propterea quòd hæ ſolæ quatuor ſunt primæ, ac ſimplices qualitates, à quibus ipſa

©BIU Santé

corpora verè,& alterantur,& patiũtur,Etenim,vt Gal. ait, corpora mutuò adhærentia in ſe inuicem tranſmutari naturâ apta ſunt, propterea quòd, vel calefiunt, vel frigefiunt, vel humectãtur, vel ſiccantur. Cauſa autẽ cur corpora nõ vno afficiãtur modo,illa verò quatuor his affectionibus,morborumq.generibus ſint obnoxia, ea demum affertur ab Hippo. quòd multa in corpore inſunt, quæ præter naturam â ſe mutuò calefiunt,aut refrigerãtur,aut ſicceſcunt, aut humectantur, id eſt,quòd plura vno ſint in corpore elementa ſpecie inuicem diſtincta:quæ ſi quando â ſe mutuò plus ſatis calefiant, calidos morbos parient,frigidos contrà,ſi refrigerẽtur Calefient autemplus ſatis, cùm de quatuor elementis, id quod calidum eſt, præcelluerit cæteris. Quod ipſum tum de primis communibus,ac veris elementis calido, frigi
do,

©BIU Santé

do, humido, & ſicco interpretari licet, veluti in mera intẽperie partium: tum de quatuor humoribus, qui elementa quidem hominis etiam ſunt, verùm ſecunda, peculiaria, ac ſenſibilia. Etenim dũ hi mediocriter æqua biliterq. fuerint inter ſe contemperati, ſalubriter deget animal: ſi verò vnus ex his cæteros exuperauerit, certè pro illius humoris natura varia, modò hæc, tum illa morbi ſpecies ſuborietur. Veluti exuperante aliqua in parte ſanguine, inflãmatio (quæ calida, humidaq. cum materiæ affluxu affectio eſt) protinus exiſtet: bile autem redundante Eryſipelas orietur, quæ calida, ſiccaq. intemperies eſt cum materia copulata. Vides quanto artificio Philoſophorũ, ac medicorũ primus Hip. ex his, quæ euidenter apparent in noſtris corporibus affectiones, ex quatuorq. primis, ac ſimpliciſsimis

©BIU Santé

earum differẽtiis colligat non ſolùm plura vno eſſe elementa in nobis, verùm etiam quatuor numero illa eſſe, quæ ipſa à qualitatibus primis calidum, frigidum, humidum, & ſiccum nominauit. In quam ſententiam Gal. lib. 1. de ele. Hippo. inquit breuitate vtens veteribus vſitata poſtquam dixerat, Si vnum ſit homo non dolebit, poſtmodum (ſententia nimirum iſta) quatuor elementa commemorauit à quatuor vtiq. primis qualitatibus, calidum, frigidum, humidũ, & ſiccũ illa nominans, propterea quod corpora omnia cum ſeſe contingunt, nõ aliter ſe mutuò alterant, alteranturq. viciſsim, quàm quod vim habent ſeſe mutuò calefaciendi, refrigerandi, &c. Quidquid enim patitur, id circo patitur, quia vel calefit, vel refrigeratur, &c. Nulla ſiquidem aliarum qualitatum præter has quatuor poteſt admota ſibi corpora

©BIU Santé

pora penitus permutare. Ex his ergo primis quatuor qualitatibus satis perspicuū est non solùm id, quod fuerat ad inueniendum propositum, nimirum plura vno esse hominis elementa, sed & eorum numerus quotus sit, & eorundem præterea natura qualis: ex quo etiam illud ab Hippo. apparet compertum, quæ tandē corpora sint rerum omnium elementa statuenda. Enimvero cùm quatuor istæ, de quibus agimus, qualitates solæ alteratrices, effectricesq; rerū omnium sint, solæ vtiq. illę etiam erunt elementorum principia statuenda, ac proinde sola ea corpora erunt prima, cōmuniaq. ac vera rerum omniū elementa, in quibus istæ quatuor prīmæ qualitates primò inerunt atq. sincerè: Talia autē sunt ignis, aer, aqua, & terra. Ex quo efficitur, hæc sola quatuor corpora statuenda esse vera ac prima rerum omnium elementa.

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 117 sur 343

©BIU Santé

Hæc ſunt calidum, frigidum, &c.

QVATVOR prima rerum elementa Hippo. à qualitatibus iſtis nũcupauit, propterea quòd ab eiſdem his, tanquam à principiis id habẽt, vt ſint elementa, id eſt, vt idonea ſint, quæ inter ſeſe mutuò tota per tota alterari miſcerique poſsint, & nouam tandem ſubſtantiam conſtituere. Quod ipſum Gal. lib. 1. de elementis ſignificauit, cùm dixit Hippocratem à qualitatibus elementa nominaſſe, quod per eas facta fuerint elementa. Cap. vlt.

Nam quis eſt qui dolorem non ſentiat?

DE doloris cauſa continente vnica ne, an duplex ſit: & vtrũ alteratio dolorem primò, & per ſe, an per mediã continui ſolutionem pariat infra

opor

©BIU Santé

opportuniùs diſquiremus. Hîc illud tanquàm certum, exploratumq. ſumi tur à Gal. (quod & lib. de inæqua- cap. 4.
li intemperie confirmauit) à qua-
cunq. ex his quatuor alterationum differentiis dolorem excitari. Quan quàm idem Gal. 12. metho. à ſiccitate cap. 7.
humiditateq. dolorem inferri poſſe negat. At lib. 2. de compo. medica. cap. 1.
ſec. lo. tanquã accuratiùs de his diſ-
ſerens, à calore quidẽ, & frigore, ſi in æqualiter præſertim afficiant, vehe mentiſsimos dolores excitari ait, à ſiccitate verò moderatos, ab humidi tate autem nullum per ſe, ſiue prop-ter ſolam intemperiem dolorem ex citari. Quòd ſi quando caput, vl-lamve partem aliam contigerit per affectiones humidas dolêre, id ve-rò illi non tam vt ſimilari parti-â ſola videlicet intemperie humi-da, quàm vt diſsimilari, ſiue orga-

©BIU Santé

nicę ab humiditatum copia diſtentę, vel oneratę contingere. Quin etiam ſiquando per ſiccitatem vehementiſſimi dolores inuaſerint, non tam ob meram in tẽperiem, quàm propter contentionem illam violentam, quę ſiccitatem in ſequitur inuadere illos cenſendum eſt. Tenſionis ſiquidem, vt & diſruptionis duplex Gal. teſte cauſa eſt, altera quidem à diſtendente materiæ copia, altera verò à ſiccitate partem contrahente.

Lib. 12. meth. cap. 7.

Iam enim omnia medicamenta calefaciendo, aut refrigerãdo, aut humectando, aut ſiccãdo agere oſtẽſũ eſt, quod hæ qualitates prima, et actiua corporũq. alteratrices ſint: vt declarauimus in lib. de elemẽtis ſecundũ Hip.

Nulla

©BIU Santé

Nulla alia præter has quatuor qualitates potest corpus sibi proximè admotum penitus totum per totum alterare. Neq. enim color albus vlli corpori ad motus albedine illud afficit per se, ita vt ipsum album reddat: neq. sapor dulcis dulcedine, aut odor fætidus fœtore, nisi forte per halituosam quampiam substantiam eidem intromissam. Quod si obiicias colorem alterare per se ac vi sua oculos, & sonum aures, cæterarumq. qualitatum vnamquamq suum proprium sensum afficere, respondemus sentiendi instrumenta singula præter tactum à suis obiectis per speciem solam alterari, non item tota eorum substantia per qualitatem penitus immutatâ. Neq. enim oculus à colore aliquo conspecto albescit, neq. lingua ab amaro succo degustato amara in posterũ euadit: at manum videmus cõtacta re quapiam ca-

©BIU Santé

lida ita caleſcere, vt tota eius ſubſtãtia in poſterũ calida reddatur, vel ea ipſa re, quam attigerat, amota. Neq. enim cutis calorẽ poſſet tactu dignoſcere, niſi etiã caloris ſimul particeps fieret. Cùm igitur nullę cæterarũ qualitatũ alterare quidpiam poſsint, niſi ſola illa inſtrumenta ſenſuum, quorũ ſunt obiecta, idq. per ſpeciem tantùm, nõ etiam totâ eorum ſubſtantiâ penitus immutandâ: iſtæ autẽ quatuor, de quibus agimus, qualitates corpus quodcunq. ſibi ad motum ſic afficiant, vt totam eius ſubſtantiam penitus immutent: perſpicuum profecto eſt has ſolas quatuor qualitates, & actiuas, & primas, & rerum omnium alteratrices meritò hìc à Gal. nuncupari, ac proinde tum elementorum, tum reliquorum corporum effectrices haberi. Scitè ergo Hipp. non hominis modò, ſed etiam cæterarum rerum omnium naturam ex calido, frigido,

©BIU Santé

gido,humido,& ſicco, tanquã ex veris,ac primis elementis conſtare dixit: quippe quæ eatenus ipſa in ſe mutuò agunt patiũturq. viciſsim,quatenus talia ſunt.Neque enim ipſa elemẽtorum actio, vt neque corporum reliquotum generatio,atq. corruptio per elementorum concretionem,ſecretionẽve ſit, vt Epicurus, & Democritus,necnon & Anaxagoras,Empedocleſq.opinati ſunt,ſed per eam,quę eſt totius ſubſtantiæ,alterationem,vt Ariſt.Theophraſtus,Chryſippus,atq. ante hos omnes primus decreuit Hippocrat. qui elementa patibilia,tranſmutabiliaque ſtatuit:ac proinde vniuerſam rerum naturam ,quæ ex certa illorum temperatura conflatur, & vnitam eſſe & alterabilem:non item impatibilem, vacuitatibusq. quibuſdam,vt illi opinabãtur, interceptam.

TEX.

©BIU Santé

TEX. VIII.

Cæterum mea quidem ſententiâ, qui hominem ſanguinem ſolum, & nullam aliam rem eſſe cenſet, is deberet demonſtrare eum nõ mutare formam, nec omni modum fieri: ſed vel quoddam tempus anni, vel ętatis ipſius hominis oſtendere, quo ſanguis ſolus appareat in homine ineſſe. Veriſimile namq. eſt aliquod certè tempus anni fore, quo id vnum in eo ineſſe appareat. Hęc à me dicũtur etiã in eũ

qui

©BIU Santé

qui pituitã eſſe hominem, & qui bilem dicit.

CVM aduerſus eos, qui hominẽ vnum eſſe, ideſt vnico elemento conſtare cenſent, diſputare inſtituiſſet Hippo. illudq. hactenus demonſtraſſet, omnium rerum prima, ac communia elementa eſſe illa quatuor calidum, frigidum, humidum, & ſiccũ: iam ad alterum elementorum genus ſe refert, quod neq. primũ, neq. commune rerum omniũ eſt: ſed propriũ animalium ſanguineorũ. Quòd quidem igitur ex ſanguine vniuerſæ animalium ſanguineorum partes genitę ſint, omnes conſentiunt. Gal. lib. 2 de ele cap. 1. Cæterum cùm ſanguis hic, & pituitę & bilis vtriuſq. ſit particeps, hinc orta fuit inter veteres medicos diſſenſio, dum alij quidem ex ſolo ſanguine nos genitos eſſe dicerent, alij verò ex quatuor humoribus. In quo quidem

©BIU Santé

dem nihil licet certò, perinde vt in altera illa de primis cõmunibuſq. elementis quæſtione antè propoſita definire: propterea quòd vtraq. opinio videtur probabilis. Cæterũ quòd ex quatuor humoribus ſimul, non item ex vno humore ſolùm corpora noſtra conſtent, id verò multò probabilius tũ Hipp. tum Gal. viſum fuit. Ac Hipp. quidem hoc loco iſtud hac ratione cõfirmat, quòd ſi vnus ex his humoribus, ſolus, verbi gratia, ſanguis eſſet hominis elementum, oporteret profectò ſanguinem vnam eandemq. formã ſemper nobis ſaltem benè valentibus retinere, non etiã cõmutatâ forma varium ſubinde & omnimodum fieri. Ratio huius conſequentiæ eo nititur, quòd ſi ſolum ſanguinem fateamur humani corporis elementũ eſſe: & illud quoq. fatendum neceſſario ſit, ſolum eum eſſe naturæ noſtræ fami-

©BIU Santé

familiarem,reliquos verò tum à natura alienos,tum excremẽtitios:quod si ita sit, profectò in homine optimè & secundùm naturam maximè affecto solus sanguis citra humores reliquos ineſſet:ita fieret,vt sanguis in homine secundùm naturam ſe habente nunquam mutaret formam:ille verò sui semper similis apparêret:atqui videmus in homine quanuis optimè affecto sanguinem tum pro anni temporibus, tum pro ætatibus varium, omnimodumque apparere, hyeme quidem pituitoſiorem, vt & in ætate puerili,atque ſenili,æſtate verò vt & in iuuentute bilioſiorem, autumno demum & ætate declinante magis melancholicum: perſpicuum ergo eſt non ſolum ſanguinem,verumetiam tres humores reliquos nobis, naturæque noſtræ eſſe familiares, ac proinde eos vnâ cum ſanguine ſta-

Lib. 2 de diff. febr. c. 1

tuen-

©BIU Santé

tuendos esse humani corporis elementa.

Sed vel quoddam anni tempus, vel ætatis.

Altera hæc ratio ab Hippo. quasi auctario additur, quòd vt demus vtrũq. horum cohærere simul posse, nimirum& sanguinem vnum, solũq. hominis elementũ esse,& eundẽ interim posse nobis etiam bene valentibus varias subinde, pro variis humoribus admistis, formas assumere: at illud certè cõsentaneum rationi foret, vt aliquod saltem esset anni tempus, vel aliqua ætas, per quam vnus in homine sanguis inesse appareret, ita vt per eam homo, vnum cùm sit, appareat id esse quod re vera est, atqui nullum anni tempus est, nulla ætas, in qua nõ omnes quatuor humores simul appareant in corpore inesse, vt infra docebit Hippo. non est ergo

sanguis

©BIU Santé

sanguis, vt neq; vllus alius humor ex reliquis solus statuendus humani corporis elementum. His ergo rationibus adductus Hippo. verius illud esse arbitratus est omnes quatuor humores simul, non item vnum sanguinem solum esse generationis nostræ materiam. Quod ipsum etiam à Gal. lib. 2. de elementis eo argumento confirmatur, quòd sicut diuersæ admodum interse sunt nostri corporis partes similares, hæ quidem humidę, ac molles, illæ siccę dureq. alię frigidæ, nonnullæ contra calidæ: ita quoque consentaneum ratiom sit materię eius, ex qua omnes istę partes gignuntur, substantiã non vnam homogeneamq. esse, sed disparis naturę partes obtinere. Itaq; maternum sanguinem, ex quo infans in vtero fomatur, non minùs heterogeneum esse, quam lac id, ex quo idem iste in lucem iam editus infans extrà vte-

©BIU Santé

rum nutritur, cuius quidem lactis partes, alias butyrosas cernimus, alias serosas, alias caseosas. Non aliter quoq. in sanguine materno quasdam partes frigidas, humidasq. (quas pituitam appellamus) contineri, alias calidas, & siccas (quas bilem dicimus) alias frigidas, siccas, atq; terrestres (quas humorem melancholicum nũcupamus) alias demum temperatè calidas, & humidas, quas vtiq. præcipuè sanguinem nominamus.

TEX. IX.

Ego verò quæcunq. dixero hominẽ esse, ea & secũdùm legem, & secundùm naturã esse perpetuò tam in iuuenili ætate, quàm senili, adhæc tempore tam frigido, quam calido, per

eque

©BIU Santé

æque in illo ineſſe demõſtrabo. Atq. ſigna ad feram, & neceſsitates (id eſt cauſas neceſſarias) indicabo, propter quas vnũ quod q iſtorum excreſcit, aut imminuitur in corpore.

QVONIAM ſuperiori ſententia Hippo. iis qui vnum humorẽ, verbi gratia, ſanguinem ſolum hominis elementum ſtatuerunt, illud obiecerat, quod oſtendere non poſſent id, quod alioquí oſtendere debuiſſent, vnum videlicet ſanguinem ſub ſua forma ſincera, atq. a reliquis humoribus ſecreta aliquo ſaltem tempore in homine contineri: propterea hoc I co oſtenſurum ſe recipit elementa ea, quæ ipſe conſtituet, quouis tempore in corpore

©BIU Santé

cõtineri: nec vllum anni tempus, aut ętatem eſſe, per quam non ipſa hęc in homine reperiantur. Ea porrò dupliciter ſe nobis probaturum dicit, & lege ſcilicet, & natura, id eſt, tum ex communi hominum opinione, exiſtimatione, atq. conſenſu, tum ex ipſa rei veritate. Hac eadem docẽdi, loquendiq. formula vſus Ariſtoteles vt oſtenderet materiam à priuatione differre, argumentum tum à natura ſumpſit, tũ à cõmuni hominum vſu, & conſuetudine loquendi omnibus vſitata. Cęterûm quia pollicitus modò fuerat Hippo. ſe elementa ea, quæ perpetuò in homine inſunt, poſiturum, ne quis inde ſuſpicaretur, ſe illa propterea impatibilia, atq. ab omni tranſmutatione, corruptioneve libera (vt Empedo fecit) conſtituere: idcirco ſubiunxit elementa iſta ſua eiuſmodi quidem eſſe, vt ſubinde in homine excreſcãt, di

©BIU Santé

minuantur q. non tamen ita, vt vnũ ex illis ſolum ſupereſſe viuo homine poſsit reliquis abolitis. Id nãq. infrà, cùm de quatuor humoribus diſſeret, docebit fieri nullo modo poſſe.

TEXTVS X.

Primum itaq. neceſſarium eſt generationẽ eius non proceſiſſe ab vno. Quonã enim pacto quod vnum eſt, gignere aliud poterit, niſi cum aliquo miſceatur?

PERSEQVITVR diſputationem aduerſus eos, qui vnum rerum omnium elementum aſſerebant: eoſq. refutat ratione ducta ab euidenti rerum obſeruatione: quod ſcilicet generationem quotidie qui-

©BIU Santé

dem fieri videamus: nunquam tamen eam ab vno ſolo principio factam obſeruemus: niſi aliud illi præterea acceſſerit externum tãquã ſubſidium; quod temperamenti ſymmetria cum eo conueniat, atq; ad rei generationẽ aptè cõſpiret. At enim, ſi vnum ſpecie demus eſſe rerum elementum, omnis tolletur de medio generatio: aut certè idem eodem tẽpore ſimul & erit, & nõ erit. Si quid enim aliquando gignatur, id quidẽ modò eſſe fatendũ eſt, antè verò quã gigneretur, nõ fuiſſe. Neq. enim Thales aut Meliſſus erant, antequã orti fuiſſent, aut nunc, poſtea quàm interierunt, ſunt. At fuiſſe aliquando eos conſtat: quare ſicut negari non poteſt, vnumquemq. noſtrũm nunc eſſe, quem tamen aliquot ante annis non fuiſſe certum eſt: ita neq. illud negari poterit vnumquẽq. noſtrũm aliquando fuiſſe ortum. Eum enim demum

©BIU Santé

demum ortũ ac generatum dicimus, qui,cũ ante nõ eſset,nũc iã eſt. Quod ſi generatio eſt eius, quod ante non erat,neceſse profectò eſt, id ex aliqua materia ſubiecta generari. Hanc autem perſpicuò videmus non poſſe ſolam per ſe,ac vi ſua quidquam procreare,ſed cauſæ efficientis vim requirere,à qua mutetur,& in aliam naturam trãsformetur. Quo circa verè hîc ab Hippo. dictum eſt generationem ab vno exiſtere non poſſe, neq. quod vnum eſt, quidquam gignere, niſi id cum altero miſceatur.

Plantarum ſemina, &c.

Quoniã poſſet aliquis obiicere,plantas ex ſolo ſemine generari,ac proinde ex vno quandoq. generationem poſſe fieri:idcirco tanquàm prolepſi vtens Gal. plantarum,inquit,ſemina, vt aliquid producere poſsint, & externum humorem,& calorem vltrò requirere moderatum. Quod eo rur

©BIU Santé

ſus confirmat argumento, quòd ſi ſolum ſemen ſatis eſſet ad rerum generationem perficiendam, ita vt nullius alterius ope indigeret, nihil obſtaret quominus ſemen quodcũq. illico germinaret. Atqui videmus pleraq. ſemina, germináue nò modò mẽſes, ſed etiam annos aliquot interdũ ſupprimi, atq. ad germinandum cunctari; perſpicuum ergo eſt ea ad producendum ſola non ſufficere, ſed externum ſubſidium ab altero requirere, quod non ſolùm contingendo, verùm etiam vim ſuam ei, quòd cõtingit, omni ex parte penitus impertiẽdo opem ferat. Cæterùm quod in arborũ, herbarum, cæterarumq. plãtarum vniuerſo genere euidenter obſeruamus, ipſum videlicet ſemen nõ antè geminare, quàm totum penitus fuerit immutatum, id verò multò euidentius in animalibus obſeruare licet. Quorũ vtiq. nullã, neq. ex mare, neq.

©BIU Santé

ex fœmina gigni citra mixtionem poteſt, ideſt citra maris cum fœmina congreſſum, ac niſi ſemen maſculum cum ſanguine, & ſemine fœmineo miſceatur. Quòd ſi obiicias piſces, aueſq. quàmplurimas eſſe, quæ abſq. maris congreſſu oua pariant: reſpondemus ſubuentanea illa eſſe, atq. ad fœtum procreandũ minùs idonea. Cùm ergo fœtus, vt procreetur, fœcundo ſemine, ex quo primum formationis principium ducat, opus habeat, & præterea ſatis multo, quo nutriatur, atq. augeſcat, ſanguine: neuter verò parẽtum ſolus poſsit horum vtrũq. ſuppeditare; propterea quod fœmina frigidior, humidiorq. ſit, quàm vt ſemen ſatis fœcũdum poſſit conficere, mas contrà calidior, ſiciorque, quàm vt iuſtam copiam ſanguinei excrementi poſsit ſuggere re: eo fit, vt neuter abſq. altero poſsit generare. Itaq. quamuis animalia ea

©BIU Santé

omnia quę ſicciori temperatura ſunt, veluti aues, piſces q. nõ pauci oua gignere ſine cõgreſſu maris ſoleãt: tamẽ iis ad perfectionem (vt ait Gal.) ideſt ad fœcunditatem aliquid ſemper deerit, donec maſculi caloris vigor acceſſerit. Et fieri quidem poteſt, vt talem animalis temperaturam animo cogitemus, quæ abſq. alterius cõgreſſu perfectam ſobolẽ poſsit gignere: difficilimum tamen profectò fuerit, ac fortaſſe nullo modo fieri poteſt, vt animal vllum ſit, quod fœtum integrum ſine maris coitu poſsit concipere. Quando quidem multo tempore huiuſmodi fœtum ali oportet: id verò fieri nequit, niſi multus humor excrementitius fœminę ſuperſit: at fœmina excrementis haud quaquam abũdabit, niſi multò frigidior, humidiorq. temperaturâ ſit. Verùm ſi talis ſit, neq. copioſum ſatis ſemen, neq. lentum, craſſum, calidum, & vt

vno

©BIU Santé

vno verbo dicam, fœcundũ procreabit.

TEXTVS XI.

Deinde niſi quæ miſcentur, eiuſdem generis ſint, eandemq. habeant facultatem, ea nec generabũt, nec, quæ eadem nobis ſint, efficient.

ALTERA eſt hęc ratio, per quã ex his, quæ in animalium generatione euidenter apparent, oſtendit Hippo. non vnum eſſe generationis noſtræ elementum, atq. primordium. Ratio autem eſt eiuſmodi: Nihil, ne ex duobus quidem, quanuis miſceantur inter ſe, gigni poteſt, niſi ea homophyla, ideſt, naturę familiaritate coniuncta ſint, ergo multò minùs poterit quidquam ex vno generari. Id verò Gal. in eorum animalium quę Hete-

roge-

©BIU Santé

rogenea ſunt, generatione manifeſtò appareredicit, veluti inequis, & aſinis Nã quod ex horũ coitu animal procreatur, tanquam ex ambobus apparet mixtum: vnde mulus Himionos à Græcis fuit appellatus. Veriſimile nãque eſt animalia hęc, licet heterogenea ſint, idcirco tamen fœtum procreare, quòd aliquã inter ſe obtineãt communionem, cuius participatione fiat, vt ſoboles vtrumq. parentem ex dimidio referat. Quorum autem naturæ magno interuallo diſtant inter ſe, ea quantuncumq. miſceantur, nunquam quidquam generabunt. Quod autem ad finem ab Hippo. adſcriptũ fuit. [Neq. ea quę nobis eadem ſunt, efficiantur] id verò ſic interpretatur in cõmentario Gal. Si, quę miſcẽtur, ſpecie non cõueniant, naturę autẽ inter ſe aliquam cõmunionẽ habeant, ea, licet procreent, tamen quæ eadem nobis ſint, procreare non poterunt: quaſi

©BIU Santé

quaſi dicat, ex eorum congreſſu gene rari nõ poſſe animal, quod vlli ex pro genitoribus ſit aſsimile. Potuit etiã aliter, vt ſuſpicatur Gal. ſcripta fuiſſe ab Hippo. clauſula illa, Neq. ea, quæ eadem ſint nobis, efficiantur.

TEXTVS XII.

Et rurſus niſi calidum frigido, & ſiccum humido mediocriter, æquabiliterque reſpondeant interſe, ſed alterum altero longè præcellat, validius vtiq. imbecilliori, nulla poterit fieri generatio.

Tertia hæc ratio eſt ex his, quæ in generatione apparent, ducta. Cùm enim paulò ante dixiſſet Hippo. ne ex duobus quidem quidquam generari

©BIU Santé

rari,niſi ea,quæ miſcentur congeneris naturæ ſint,communemq. habeat aliquam ſubſtantiam, per quam ſuas ſibi vires vltrò citróq.communicare aptè poſſint:iam hîc docet ne ex eorum quidē,quę eiuſdem generis ſunt, coitu quidquam generari,niſi mutuò intercedat temperamenti eius,quod ex coeuntibus conſurgit ſymmetria, ſiue, vt intrepretatur alibi Galenus, elementorum commoderatio, & certa quædam virium æquabilitas. Quòd autem certa calidi cum frigido,itemq. humidi cum ſicco ſymmetria neceſſariò ad generationem requiratur, docet ex eodem Hippo. qui in Apho.ſic ſcribit. Quæ cumq.frigidos,& ſpiſſos vteros habēt non cōcipiunt:& quæcunq. præhumidos habēt vteros,non concipiunt:nam extinguitur in illis genitura:& quæcunq. ſiccriores,feruidioreſq. nam alimenti indigentia tabeſcit genitura. Quæcumq.

Lib.1.de ele.adūuem.

Aph.62. lib.5.

BIU Santé

cumq. verò ex vtriſq. mediocrem habẽt temperaturam, hę fœcũdę ſunt. At quod de vteri temperamentis hîc ab Hippocrate dicitur, idem quoq. de ſeminis virilis temperamento dictum puta: quippe quod modò calidius eſt, tum frigidius, interdum ſiccius, nonnunquam verò contra humidius liquidiusq. Eſt autem ſicciori vtero familiare, atq. ad procreandã ſobolem accommodatum ſemen id, quod humidius eſt, humidiori rurſus, quod ſiccius: itidẽ & calidiori, quod frigidius, & frigidiori contrà, quod calidius. Niſi enim certa quædã proportio inter calorem, & frigus, humiditatẽq. & ſiccitatẽ ſit, nulla fiet mixti generatio. In eandem ſententiã Ariſt. ſimplicem, ac naturalem ortum mutationem eſſe dixit ab his facultatibus, cùm proportionem habuerint, ex ſubiecta cuiq. materia propria, & accommodata: ea autem ſunt facúlta-

Lib. 4. meteo.

tes

©BIU Santé

tes patibiles iam dictæ: at calor, & frigus materiam vincẽdo generant. Idẽ quoq. lib. 1. de anima, & lib. 2. de ortu, & interitu, ex elementis nõ quoquo modo, ſed ratione, ac proportione quadam contemperatis ſingulas res generari tradit. Hæc autẽ proportio vnius elementi ad alterum, qualis in cuiuſq. rei generatione eſſe debeat, à nemine accuratè definiri poteſt. Etenim quotuplex eſſe debeat ad carnis, vel oſsis generationem calidi, aut frigidi ad humidum, ſiccumq. proportio, id verò ſoli Deo naturæq. exploratum eſt.

Plato etiam meminit, non mediocrem artem eſſe dicẽs, qua viros, & fœminas temperamento inter ſe conuenientes coniungere ſcias.

Quanti interſit hæc temperamenti ma-

©BIU Santé

mariũ cum fœminarũ temperamẽto proportio Plato in Thæeteto, & Gal. in eo lib. quem edidit de liberorum procreandorũ ratione, docuerunt. Quod & ipſa teſtatur experiẽtia. Cuius rei vel illud vnum Liuiæ Auguſtiq. exemplum fidem facere poteſt, de quo Plinius lib. 7. cap. 13.

TEX. XIII.

Proinde quî veriſimile eſt aliquid ab vno generari, cùm ne ex pluribus quidem generetur, niſi mutuo temperamento bene ſe habeãt inter ſe?

CONCLVDIT quę hactenus aduerſus eos diſputauit, qui hominem vnum quid eſſe aſſeruerunt. Nã cùm oſtẽſum illud ſit, ne ex pluribus quidem quãuis interſe miſtis oriri

©BIU Santé

quidquam posse, nisi mutuo secum temperamento conueniant, & illud quoq. efficitur necessariò, nihil ex vno generari posse: ac proinde hominem non esse vnum, ideſt, non esse ex vnico elemento constitutum.

Vocem verò, quam hîc vsurpat temperamenti, quod Crasseos appellat nomine, &c.

Crasis vox, tum mixtionem elemẽtorum significat, tum qualitatem illam compositam, & ex pluribus qualitatibus temperatam, quæ ex ista ipsa mixtione tandẽ in ipso mixto corpore relinquitur. Crasis autem, vtro uis vsurpetur modo, nunquam citra mutuam quatuor primarum qualitatum alterationem fit. Hanc ergo cùm neq. Empedo. agnouerit, quâuis eadẽ, quæ Hippo. statuerit elementa, neq. vllus alius eorum, qui impatibilia elementa posuerunt: iure Galenus

©BIU Santé

nus primum omnium tum medicorum, tum Philosophorum, quorum memoria ad nos peruenit, Hippocratem veram elementorum crasim agnouisse testatur. Quippe qui primus elementa quatuor per qualitates illas primas calorem, frigus, humiditatem, & siccitatem in se mutuò agere, totaq. per tota misceri, per easdemq. cuncta, & gigni, & corrumpi demonstrauit: in quo quidem ille ab Empedo. dissensit, quòd hic elementa ad rerum generationem haud tota per tota alterari, misceri ve voluerit, sed frustulatim tantùm, ac per partes minimas complicari interse, siue, vt Aristoteles loquitur, per cõpositionem, perinde, vt in Cephalico medicamento, coagmentari.

SED hãc Empedo. sententiã eisdẽ argumẽtis cõuinci, ac illas, quæ ex insensibilib⁹ &

©BIU Santé

impatibilibus primis corporibus ſenſile corpus generant, in Commentario de elementis ſecundùm Hippo. oſtendimus.

Eo etenim lib. Gal. cũ quatuor de elementis propoſuiſſet ſententias, vnam quidem eorum, qui inſenſibilia ſimul, ac patibilia ſtatuerunt elementa, alteram eorum, qui cõtrà ſenſibilia impatibiliaq. tertiam illorum, qui ſenſibilia ſimul, ac patibilia: quartam demum eorum, qui contrà inſenſibilia, & impatibilia aſſeruerunt, ſiue ea demum plura vno aſſeruiſſent, ſiue ſecus: primam certè ex his Gal. nobis tanquã veram tandem probaturus, reliquas inibi ſigillatim confutauit: veluti hanc poſtremã de inſenſibilibus ſimul, ac impatibilibus elementis ſentẽtiam, quam

hic

©BIU Santé

hîc eadem illa ratione refutari poſ-
ſe ait, qua eorum, qui vnum rerum
elementum ſtatuunt, opinio fuerat
ab Hipp. paulò ante refutata, cũ dice-
ret, Si homo vnũ eſſet, nõ doleret. Cę-
terùm quò apertiùs intelligamus,
quantam vim habeat aduerſus Em-
pedo. hęc ratio ita erit contexenda:
Niſi elementa & plura vno eſſent,
& patibilia, homo non doleret: do-
let autem: ergo & plura vno ſunt, &
patibilia. Ex quo efficitur errare eos,
qui impatibilem eſſe aſſerunt noſtrã
ſubſtantiam, ſiue eam vnam ſpecie
ſtatuant, vt Epicurus, Leucippus, Aſ-
clepiadeſq. ſiue contrà multiplicem,
vt Empedocles, & Anaxagoras. Hoc
ergo axiomate tanquàm fundamen-
to iacto, vniuerſã ſcilicet rerũ ſubſtã-
tiam alterabilem eſſe, atq. patibilem,
vides non modò Democriti, Epicu-
riq. ſententiã, ſed etiam Anaxagoræ,
& Empedoclis opinionem confuta-

©BIU Santé

ri, qui cùm elementa impatibilia eſſe poſuiſſent, coacti ſunt alterationem omnem de medio tollere; eamq. quę reuera concretio, aut ſecretio eſt potiùs, quàm alteratio, ſolùm agnoſcere. Ac tota quidem huius rationis vis in eo potiſſimùm conſiſtit quòd ex elementis ſenſu carentibus nihil, quod ſenſu præditum ſit, oriri poſsit, ſi ea impatibilia ſtatuamus, ſolaque compoſitione, ac partium minimarum coagmentatione coire interſe dixerimus, non item vera illa, quæ mutua alteratione, ac paſsione fit, vt Hippo. cenſuit, mixtione. Omnis ſi quidem, quæ fit ex pluribus, cõpoſitio, ſi talia ſeruauerit ea, quæ cõponuntur, qualia erant initio, nullam nouam ſpeciem acquiret præter eam, quæ priùs inerat in his, quæ fuêre compoſita: ſin autem iſta ipſa varientur, tranſmutentur, & multiformiter alterentur, iam tum po-

terit

©BIU Santé

terit aliquid aliud diuersi generis exiſtere,& in compoſito ineſſe,quod anteà in ipſius elementis primis non dum inerat. Quare licet elementa ſenſu careant, tamen,ſi ea patibilia cum Hippo.ſtatuamus,non erit à ratione alienum pro variis eorundem alterationibus, temperaturisque varias itidem in mixtis corporibus proprietates, ac differentias exoriri, alias quidem ſenſu participes, alias autem expertes. Quòd ſi elementa per ſolam partium minimarum coagmentationem, citra mutuam eorundem alterationem, paſſionemq. cum Empedocle miſceri fateamur, nulla profectò ratio reddi poterit,propter quam ex elementis ſenſu carentibus quidquam,quod ſenſum habeat,oriatur. Quocirca rectè concludebat Hippo. ſic:ſi homo vnum ſit,non dolebit.Et Galen. hāc

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 151 sur 343

©BIU Santé

Hippo. rationem latiùs explicans ſi elementa (inquit) & impatibilia, & ſenſus expertia ſint, certè homo, animalve quodcumq. ne ſentiet quidē, nedum dolebit. Præterea ſi elementa impatibilia, inalterabiliaq. eſſent, proindeq. cuncta per concretionem, aut ſecretionem, vt Empedocli, Anaxagoræq. placuit, orirentur, & interirēt, nulla doloris idonea cauſa reddi poſſet: id quod euidenti ſatis exēplo alibi oſtendit Gal. etiam in his, quæ ſenſum habent, corporibus. Etenim ſiue digitos adducas (inquit) ſiue abducas, nunquàm propterea dolor excitabitur: multò ergo minùs excitari poterit, ex eorum, quæ ſenſu carent, concretione, aut ſecretione citra alterationem facta.

Lib. 1. de ele. & lib. de conſtit. Ar. med.

TEXTVS XIIII.

Cùm igitur talis ſit cùm reliquorum omnium, tum homi-

©BIU Santé

hominis natura, neceſſe eſt hominẽ nõ eſſe vnũ, ſed vnũ quodq. eorũ, quæ ad generationem conferũt, vim habere in corpore talem, qualem contulit.

PROXIME demõſtrauit Hippocrates corporum generationem, ex vno fieri non poſſe, illa verò neceſſariò ex calido, frigido, humido, & ſicco, hisq. moderatè, & æquabiliter mixtis, ac interſe temperatis generari: iam hîc quaſi totã rationis ſummam colligens hominem non eſſe vnum dicit, ideſt, nõ eſſe vnicum generationis illius elementum, ſed plura, perinde vt & rerum cæterarum. Eandem quippe eſſe communem hominis, ac cæterarum rerum omnium naturam, hoc eſt, eadẽ communiaq.

©BIU Santé

eſſe homini cũ reliquis omnibus pri
ma quatuor elemẽta. Ex quo colligit
Gal. aduerſus Athenæũ quatuor illa,
quæ ab Hippocrate hoc libro ſtatuũ
tur elementa, calidum, frigidum, hu-
midum, & ſiccum, neq. de meris qua
litatibus, neque de his, quę per exupe
rãtiã talia dicuntur, ſed de primis his
corporibus, in quibus ſolæ iſtæ ipſæ
qualitates ſummæ impermixtæq. re-
periuntur, interpretãda eſſe: propria
verò nomina, quibus elemẽtorũ ſub
ſtãtias appellamus, hæc eſſe ignẽ, aerẽ,
aquam, & terram: atq. horum quidem
vnumquodq. ab ea quæ pollet præ-
cipue qualitate cognominari, ignem
quidem à ſummo, qui in eo viget, ca
lore, calidũ elementum, aerem à ſum
ma humiditate humidũ, ſicut aquam
à ſumma frigiditate frigidum, terrã
demum ſiccum, à ſumma, qua præ-
ſtat, ſiccitate, vnâ cum conſtrictione,
& frigore. Quòd autẽ per hæc verba
cali-

©BIU Santé

calidum, humidũ, frigidum,& ſiccũ, ea apud Hipocratem inaudiri debeant,quæ ſummè,ac ſimpliciter, nõ itẽ quę per exuperantiãtalia ſunt,vel ex hac ipſa ſententia per ſpicuũ eſſe ait,vbi Hippo.hæc hominis elemẽta cum cęteris rebus omnibus communia dicit eſſe:quę verò per exuperantiam calida,frigida,humida,aut ſicca ſunt,ea mixta cũ ſint,neq.prima,neq. communia omnium rerum elementa eſſe dixiſſet Hippocrates:talia ſiquidem ſimpliciſsima omnium corporum eſſe oportet. Quo minus veriſimile eſt Hippocratẽ hîc de illis intellexiſſe:ac proinde turpiter Athenæũ aberraſſe, qui calidũ,frigidũ,humidum,& ſiccum,quę ab Hippocrate pro elementis vſurpantur,ideo veritus fuit ignem,aerem,aquam,& terram interpretari, quod nullum horum in corpore humano manifeſtò appareat ineſſe: Idcirco quoniam

Hip-

©BIU Santé

Hippocratem ea potiùs per has voces intellexiſſe, quæ calida, frigida, humida, & ſicca manifeſtò in corpore ineſſe apparerent: atq. hanc quidem Athænei ſententiam altera illa ratione refellit Gal. quòd ſi ea, quæ calida, frigida, humida, ac ſicca per exuperantiam dicuntur, prima veraq. rerum elementa ſtatuerimus, nihil habituri ſimus, quod de quatuor primis corporibus poſsimus dicere, ex quibus iſta ipſa Athenei elemēta ſunt conflata: ſiquidem ea, neq. elementa, neq. ex elementis mixta dici poſſint.

Talem vim in corpore poſſidere, qualem contulit.

Quæ, & quales ſint cuiuſq. elementi vires, & qui vſus infra ſuo loco docebimus: hîc ſatis ſit docere qualitates ſingulorum elementorum, vt & eorum vires poſt abſolutam mixtionem

©BIU Santé

nem non prorſus extingui, illas verò actu in mixtis corporibus remanêre. Neq. enim eorum ſententiâ probo, qui qualitates primas negãt in mixto actu remanêre, aiuntq. his corruptis temperamentum ſolum ſupereſſe, atq. in eo quidem qualitatum ipſarum virtutes contineri, non ipſas reuera qualitates: itaq. ſi quod in mixto caloris, vel frigoris opus, aut ſi qua actio appareat, id à temperamento toto, non item à qualitatibus ſingulis, vt quæ actu non ſint, proficiſci. Ego verò qualitates quatuor actu in mixtis remanere arbitror, remiſſas tamen eas, & ad vnius temperamenti formam redactas: niſi enim qualitates primæ actu ineſſent, neq. ſanguinem calidum, humidumq. eſſe ſenſu perciperemus, neq. pituitam frigidam, atq. humidam: quod enim calorem nullum actu habet, id qua ratione poſsit tactum caloris ſpecie moue-

©BIU Santé

mouere non video. Eſt ergo tempe-
ramentum qualitas quædam, ex qua-
tuor primarũ qualitatũ mixtione cõ
poſita, quarũ ſingulæ tametſi in vno
quoq. mixto actu ſint, nõ tamẽ propte
rea licet omnes eas actu in vnoquoq.
mixto ſentire, ſolæ enim illæ ſen-
tiuntur qualitates, quę in mixto vi-
ribus prępollent, aut gradu ſuperant
contrariam qualitatem. Vtrum ve-
rò qualitates iſtę primæ, quas actu in
mixtis remanêre dixi, eædem revera
ſint cum iis, quæ in elementis erant,
nec ne, quæſtio eſt. Equidem eas lon-
gè à ſe ipſis diuerſas euadere poſt mix
tionem cenſeo, non eô ſolum, quòd
ſubiectum id, cui nunc inhęrent, di-
uerſæ naturæ ſit ab his, in quibus an-
teà inerant, elemẽtis, ſed ob id potiſſi
mũ quòd calor, qui antea purus, ſince
rus, & elemẽtaris erat, is iam remiſſus,
mixtusq. eſt, atq. ad vnũ tẽperamentũ
ſimul cũ frigore ſibi cõtrario redact⁹.

Cum

©BIU Santé

CVM extrema caliditas in igne insit.

NON leuis hoc loco nobis occurrit dubitatio, vtrũ ex binis illis qualitatibus, quę singulis insunt elemẽtis, vtraq. in vnoquoq. elemẽto summa sit, an earũ tãtũ altera. Inprimis enim id nefas dictu videtur alterã earũ remissã esse: quando quidẽ remissio nõ fit nisi ab admixto cõtario: at enim cõtrà Arist. lib. 2. de ortu sensisse visus est, cũ diceret in terra plus sicci quàm frigidi inesse, in aqua verò plus frigidi quam humidi &c. Ad hęc, si ambę qualitates in vnoquoq. elemento essent summę; sequeretur vnã & eandẽ qualitatẽ in pluribus elemẽtis primò inesse: velut siccitatem nõ in terra solum, verũ etiam in igne, calorẽ nõ solũ in igne, verũ etiã in aere: ex quo fieret neq. primum siccũ solam terrã esse, neq. primũ calidum solum ignem: perspicuum ergo videtur esse in vno quoq.

©BIU Santé

quoq. elemento alteram tantùm qualitaem eſſe ſtatuendam. Ad hanc dubitationẽ breuiter reſpõdeo, id quòd in ſummo ineſſe dicimus, dupliciter accipi, vno modo penes ipſius formę gradũ, altero verò ex ea, quã habet ad agendũ, efficacitate: priori quidẽ modo ſi accipias, dicimus in vnoquoq. elemento ſummam eſſe vtranq. qualitatem, propterea quòd vtraq. ſincera, impermixtaq. ſit, ac proinde à contraria altera qualitate minimè remiſſa; hoc ergo modo ſi loquamur, non erit nefas dicere ſummum in aere calorem eſſe, contra verò ſi de efficacitate, calefaciendiq. viribus, quòd erat alterũ ſignificatũ, intelligamus, haudquaquam erit ſummus calor aeri tribuendus.

TEXTVS XV.

Rurſus cùm corpus demoritur, neceſſarium eſt, vt

©BIU Santé

vt ad ſuam quodq. redeat naturam, humidum ad humidum, calidum ad calidũ, frigidum ad frigidum.

POSTREMA hęc ratio eſt ab euẽtis ſumpta, qua oſtẽdit. Hip. plura vno ineſſe in corpore elemẽta, quòd ſcilicet cũ corpus humanũ interit, in plura reſoluatur: ea verò eſſe calidũ frigidũ, humidũ, ſiccũ. Atq. ex his quidem calidũ ad calidum ſecedere, &c. hæc porro ipſa de igne, aere, aqua, & terra interpretanda eſſe oſtendit in com. Gal. propterea quod neq. de qualitatibus ipſis ſolis id interpretari liceat, quippe quę corrũpi potiùs, quã ſecedere dicerentur. neq. de corporibus his, quæ per exuperantiam calida, frigida, humida, & ſicca dicũtur; cuiuſmodi ſunt tum humores, tum partes corporis ſimilares, haud enim

Lib. 1. de ele.

©BIU Santé

de his dixiſſet Hipp. calidum redire ad calidum,frigidum,ad frigidũ:neq. enim ſanguis ad mundi ſanguinem ſe cedit.aut pituita ad pituitam:ſed neq. arteria ad arterias,aut neruus ad neruos: ex quo perſpicuum eſt Hip.hoc loco de his intellexiſſe,quæ calida,frigida,humida,ſiccaq.primò ſunt,id eſt de igne,aere,aqua,& terra, non item de his,quę ſenſibus manifeſtò in homine apparent calida, frigida, humida ſicca,vt exiſtimauit Athæneus.

Et enim perſe tota miſceri.

Altera hæc eſt ratio,qua Gal.aduerſus Athænei ſectatores contendit Hip. his vocibus calidũ,frigidum,humidũ, ſiccum,quæ ipſe alioqui rerum ſtatuit elementa, haudquaquã partes ſimilares intellexiſſe: etenim cum idem ipſe Hippoc. paulò ante dixiſſet, elementa ad cuiusq. corporis generationem debere interſe ipſa miſceri,partes autẽ ſimilares nulla ratione miſceri interſe poſsint, perſpicuò ex eo efficitur

©BIU Santé

efficitur, elemẽta prima ab Hipp. pro
posita haud quaquã esse partes similares. Iã verò quod hîc ab Hip. dicitur
calidũ secedere ad calidũ, frigidũ ad
frigidũ, nõ ita interpretãdũ est, quasi
ignis, aer, aqua, & terra ex humano
corpore demortuo perinde abscedãt,
secernãturq. ac si sub suis formis singula actu in mixto priùs latitarent:
id enim falsum esse infra demonstrabimus, sed quòd elementa, quæ antea
in mixto nõnisi potestate inerãt, tãdẽ
post absolutã mixtionis dissolutionẽ
denuò generata actu seorsum existãt,
atq. ita demũ ad sui generis singula recedãt elemẽta. Neq. enim quę verè atq.
ad vnionẽ semel mixta fuerũt, quãdo
illorũ mixtio dissoluitur, perinde separãtur, vt illa, quę per solã cõpositionẽ totũ cõstituũt. Hęc enim cũ in ipso
toto actu sint, ęquè, vtantequã totũ cõponerẽt, certè à cõpositione dissoluta
cadẽ, quæ ante dissolutionẽ erãt, ma

©BIU Santé

nebũt,nullâ mutationẽ penes ſubſtã
tiam adepta, hac vna in re tantum
à ſe ipſis differunt,quòd modò ſepa-
rata ſingula extra cõpoſitionem ap-
parent,cùm antea,dum totum cõpo-
nerẽt,ſimul cohærerent: at elemẽta,
vt & ea omnia,quę verè,atq.ad vnio
nem ſubſtantiæ ſimul fuerunt mixta,
cùm ex mixtionis,non item,ex com
poſitionis diſſolutione ſeparẽtur,lõ-
gè alia ratione profectò ſeparari exi
ſtimandum eſt:quemadmodũ enim,
vt vnum quidpiam actu ex pluribus
elementis exiſtat oportet priùs iſta
ipſa elementa per antegreſſam mix-
tionem corrumpi,actuq.eſſe deſine-
re id quod erãt,mixtum verò denuò
generari,ita contra,vt ex vno corpo
re mixto plura elementa actu,ac per
ſe ſeorſum ſingula conſurgant,opor
tet,vt per eiuſdem mixtionis diſſolu
tionẽ, mixtum priùs corrumpatur.
deſinatq.actu eſſe id quod erat;elemẽ
ta

©BIU Santé

ta verò ipſa denuò generentur, quæ vt primum fuerint generata, iam tum fiet, quod Hipp. hoc loco ſignificauit, vt elementa, ſiue prima corpora, quæ antea, neq. actu, neq. ſeparatim, ſed miſtim, & poteſtate inerant, ea nunc ſingula ſeparentur, ideſt, actu, & ſeorſum exiſtant, atq. ita demum ſeparata ad ſui generis recedāt elemēta. In eandem quoq. ſentētiam inter pretanda illa verba Ariſtotelis ſunt, quæ extant lib. primo de ortu, & interitu, vbi ille, non quoduis cū quo vis miſceri poſſe affirmat, ſed quæcūq. miſcentur, ea ex his eſſe quæ aliquando perſe ſeorſum, & ſeparata extiterunt, ante videlicet quam miſcerentur, & poſt diſſolutam mixtiōnē rurſus ſeparari poſſunt, ideſt, actu, ſeorſum, ac ſeparatim exiſtere: quod quidem Ariſtoteles tum propter materiam, formamq. tum propterq. alitates ipſas dixiſſe viſus eſt: quippe Cap. 10.

©BIU Santé

quę cùm perſe ipſa cõſiſtere ſeorſum non poſsint, neq. ſeparari profectò poſſe dicendum eſt, neq. miſceri. Neq. verò his aduerſatur Galeni locus, qui extat lib. 1. de elemẽtis, vbi ea ſeparari poſſe negat, quæ lõgo tẽporis ſpatio adeò exactè interſe ipſa mixta ſunt, vt totum euadat vnitum, ideſt, vt ex pluribus rebus actu diſtinctis quid piã, quod vnum actu ſit, tãdem coaleſcat. Ibi etenim Gal. de altera illa ſeparatione, quę propriè ſecretio dicitur verba facit, quæ ipſa cõpoſitionis diſſolutio eſt, nõ mixtionis reſolutio: per quã vtiq. neq. vlla noua ſubſtãtia corrũpitur, aut generatur, neq. plura actu exiſtunt poſt cõpoſitionem diſſolutam, quàm eſſent priùs, quã diſſolueretur cõpoſitio. Ceterùm illud meminiſſe oportet, elemẽta prima ignẽ, aerẽ, aquã, & terrã nõ protinus per diſſolutionẽ mixtionis generari, neq. illi coad mũdi elemẽta ſecedere, ſed ſicut cor-

©BIU Santé

corpus humanũ in prima ſua origine nõ ex his primis elementis proximè, ſed ex ſemine, & humoribus quatuor cõſtitutũ fuit, qui ipſi rurſus ex chylo originẽ duxerũt, perinde, vt chylus ex terræ frugibus, hę verò demũ ex igne, aere, aqua, & terra: ita & corpus idem humanũ cũ demoritur, nõ cõtinuò in hæc prima corpora reſolui, aut trãſire putãdũ eſt, ſed in plura alia corpora intermedia, quæ quãuis neq. ignis, neq. aer, neq. aqua, neq. terra ſunt (vt quæ mixta adhuc ſint) ad illa tamen propiùs indies accedũt: quę itidẽ ipſa nõ ſecus, quàm cadauer neceſſariò reſolui, corrũpiq. debebũt. Poſtquãverò mixtio omni ex parte fuerit diſſoluta, iã tũ prima elementa denuò generata, actu, ac ſeorſũ ſingula exiſtẽt: atq. ita tãdẽ ad ſui generis ſecedẽt elemẽta.

TEXTVS XVI.

Talis eſt, tum animantiũ, tum cæterarũ rerũ natura.

©BIU Santé

Quoniam per ea, quæ hactenus tradita sunt, nihil aliud instituit docere Hippo. quàm plura vno esse humani corporis elementa, eaq. esse calidum, frigidum, humidum, & siccũ, ne quis existimaret se de propriis hominis, ac nõ potiùs de cõmunibus rerum omnium elementis, quæ sola verè elementa sunt, verba feciſſe, idcirco subdit hoc loco, istam ipsam rerũ naturam, de qua hactenus disputauit, idest, hæc ipsa elementa quatuor, in quorum temperie vniuscuiusq. rei natura consistit, eadem communiaq. esse animantibus cum cæteris rebus omnibus naturalibus.

Non ergo est ab omni ratione alienum dicere, ex medio ea, quæ in medio sunt temperari.

In medio posita dicũtur à Gal. hîc ea om

©BIU Santé

omnia, quę ex elementis mixta ſunt: extrema uerò ipſa prima, ac ſimpliciſsima corpora ignis, aer, aqua, & terra: itaq. conſentaneum rationi dicit eſſe reliqua omnia corpora mixta, ex his ipſis primis corporibus, tanquam media ex extremis fuiſſe temperata, alienum contra à ratione ex his, quæ in medio ſunt, ideſt, ex mixtis corporibus ea ipſa, quæ in medio itidem ſunt, temperata dicere: quod alioqui Athæner ſectatores imprudẽtes fatentur, dum aiunt, calidum, frigidum, humidum, & ſiccũ, quę ab Hippocrate hîc pro elementis ſtatuũtur, de his eſſe interpretanda, quę talia in corpore humano ſenſibus percipiuntur, illud verò multo magis alienũ à ratione fore ait ſi non hominis modò, verumetiam cæterorum animalium ſtirpiumq. naturam ex his, quę talia in noſtro corpore ſenſibus apparent, cõflatam eſſe dixerimus: qua

©BIU Santé

re cũ Hip. hoc loco apertè teſtetur re rũ omniũ naturã ex elementis à ſe ha ctenus poſitis cõſtare, perſpicuũ eſt illa eadẽ elemẽta, quę ipſe calidũ, frigidũ, humidũ, ſiccũ nominauit, neq. de quatuor humorib⁹, neq. de partibus corporis ſimilarib⁹, nec omnino de his, quæ in noſtro corpore talia cernũtur, quęq. propria hominis elemẽta ſunt, eſſe interpretãda, ſed de primis, ac ſimpliciſſimis potiùs elemẽtis, igne, aere, aqua, & terra, quippequæ communia ſint homini cũ cęteris corporib⁹ vniuerſis.

Nam ſi ex conjecto in terrã fici ſemine.

Exẽplo fici, tãquã omnibus noto cõfirmat Gal. id, quod hoc loco ſcribit Hip. vnã eſſe naturã homini cũ cęteris rebus omnibus cõmunem, eãq. ex elementorũ tamperatura cõſtare: nemo enim eſt (inquit) qui nõ norit cõiecto in terrã fici, vt & alterius cuiuſcũq. arboris

©BIU Santé

boris ſemine, ex terra, & aqua ſimul temperatis & naſci arborem, & adoleſcere. Atenim ſi ex his duobus elemẽtis ſolis, extremè alioqui frigidis, fici natura, generatioq. cõſtaret, haud ſatis caloris haberet, quo vel hybernis frigorib⁹ obſiſteret, vel viuere, aut nutriri omnino poſſet, idcircoq. oportuiſſe, vt calidũ, igneũq. elementũ ad fici generationẽ cõcurreret. Quin etiã & aere admixto ficum participare vel ex eo apparet, quòd eius lignũ aquæ ſupernatare cernimus. Ex quib⁹ tãdẽ cõcludit Gal. totã ficũ, proindeq. etiã eius fructũ ex quatuor his igne, aere, aqua, & terra tãquàm ex elemẽtis cõſtare: idemq. etiã de tritico, hordeo, cæteriſq. terræ frugibus eſſe iudicandum. Et quoniam ex his in cibum ſumptis humores in nobis quatuor procreantur, ex humoribus verò partes ſimilares tum originem, tum alimentum capiunt, nemini iã dubium eſſet debet tam humores, quàm partes

©BIU Santé

tes corporis humani ab his quatuor, igne, aere, &c. primum origeni ſuæ principium obtinere, ac proinde eadem iſta eſſe vera humani corporis, vt & cæterarum rerum omnium elementa.

TEX. XVII.

Omnia ſimiliter gignuntur, ſimiliterq. intereunt.

CVM paulo antea dixiſſet Hippo. vnam eſſe communem rerũ omnium naturam, ideſt, eadem eſſe communia omniũ elementa, ſubdit hoc loco, cuncta eodem modo ex his ipſis elementis generari, in eademq. diſſolui: generantur ſiquidem cuncta ex elementis, hisq. mixtis interſe, æquabiliterq. ac moderatè contemperatis, intereunt verò cõtra labefactata quidem primum ipſa temperamẽti ſymmetria, æquabilitateq. priſtina, poſtea verò etiam mixtione diſſolu-

ta,

©BIU Santé

ta, ac proinde toto corpore in elementa tãdem reſoluto, eo vtiq. modo, quo reſolui ſupra docuimus. Atq. id ipſum eſt, quod Hipp. mox ſubiungit, cum dicit. Comẽtario in ſen. 14.

TEX. XVIII.

Ex his enim, quæ prædixi mus, omnibus eorum natura conſtituta eſt, deſinitq. quemadmodum dixi, vnũ quodq. in idem id, ex quo cõſtat: itaq. illucetiã ſecedit

Hæc quaſi ſumma eſt, qua breuiter concludit ea, quæ hactenus à ſe tradita fuerunt, nimirum hominis, vt & cęterorum naturam, ex quatuor illis ſimul mixtis calido, frigido, humido, & ſicco, tanquàm ex elementis generari, atq. conſtitui, in eademq. tandẽ ad extremum diſſolui, atq. ita demũ fieri hîc quod, & in cæteris rebus omnibus

©BIU Santé

nibus obſeruamus fieri, vt ex quibus vnũquodq. ortum, conſtitutumq. eſt, in ea ipſa redeat, in communia ſcilicet mundi elementa ignem, aerem, aquam, & terram.

Proinde nihil minùs quã Hippo. ſenſum, & quod primum eſt dictum, aſſequũtur.

Commonet nos hîc rurſus Galenus illud idem, quod ſuprà commentario in ſententiam primam commonuerat, nimirũ verba illa Hipp. Neq. enim prorſus aerem dico hominem eſſe, neq ignem, neq. aquã, neq. terram &c. non ita eſſe interpretanda, quemadmodũ Athæneus fuerat interpretatus, quaſi illud (non prorſus) idem valeat, quod nulla ex parte. Ex his enim, quę hactenus ab Hip. tradita fuerũt, ſatis perſpicuũ eſſe, haud quaquã eũ id ſenſiſſe, elemẽta iſta cõmunia in humano corpore nullo ineſſe prorſus

©BIU Santé

ſus modo, ſed eos potiùs reprehen diſſe, qui vnum ſolũ ex his ſtatuunt humani corporis elementum.

Liquet enim hoc dicere, Hippocratem nolle, communia elementa nulla ex parte in corpore eſſe.

Quoniam elementa quatuor ignẽ aerem, aquã, & terrã in corpore quidem ineſſe hactenus diximus, quo verò modo inſint, nõdum diximus: tẽ peſtiuum fuerit hoc loco quæſtionem illã, tam à medicis, quã à philoſophis tantopere exagitatã explicare, qua quæritur, quo tãdem pacto inſint in mixtis elementa, vtrũ videlicet ſecũdũ ſuas formas; an nõ: quod perinde eſt, ac ſi quęreremus, nũ elementa ea, quę ad generationem cõcurrunt, retineãt in mixto vna cũ materia ſuas formas ſingula, an verò ex binis ſingulorum

©BIU Santé

rum elementorum principiis essen-
tialibus sola remaneat in mixto ma
teria, extincta scilicet cuiusq. elemen
ti forma. Qua de re contrarias video
esse tum Philosophorũ, tũ etiã Medi
corum sententias. Philoponus quidẽ
Albertus magnus Iãdunus, Auerrous,
& Auicẽna (quãquã is ea de re an-
ceps fuisse visus est) cõtendũt elemẽ
ta in mixto nõ modò secundũ mate
riam, verumetiam secundùm pro-
prias formas immanere, idq. tum ra
tionibus, tum auctoritatibus confir-
Cap.10. mãt. Arist. (inquiũt) lib. 1. de ortu, &
interitu guttam vini decẽ millibus
aquæ amphoris instillatam pro-
prie misceri negat, propterea quod
forma soluatur, illamq. potius cor-
rumpi asserit, propterea quòd vini
specie sublata in aquam omnino
vertatur. Quibus ille verbis videtur
indicare illa, quæ miscentur, pristi-
nam suam formam seruare. Iam idẽ
co-

©BIU Santé

eodem libro mixtionem definiuit miſcibiliū alteratorū vnionē. Atqui ſi quę miſcentur alterantur, profectò nō corrūpentur: ea ſi quidem altera ri dicimus, quæ cum ſub vtroq. alterationis termino idem maneant, ſolam qualitatem mutant, ita vt quod ad ſubſtantiam attinet, non aliter ſe habeant nunc poſt finitam alterationem, quàm priùs ſe habebant ante eandem alterationē incohatam. Huc etiam pertinet ille Ariſtotelis locus, vbi ait, opera naturæ (id eſt mixta) ex elementis cōponi tanquàm ex materia, & ex ratione (ideſt, ex forma) tāquàm eſſentia: quod ſi ita eſt, profectó elementa ſecundū proprias ſuas formas in mixto remanebūt: alioqui enim ex illis haudquaquam componi dicerentur. Ad hæc Ariſtoteles poſteà quàm triplicē ſtatuit in anima ſiū corporibus conſtitutionem, deinceps ſubdit, totius quidem corporis

li. 2. meteororū cap. vlt.

lib. 2. de part. & ani. cap. 1.

©BIU Santé

viuentis materiam esse partes ipsas
disimilares,disimilariũ verò simi-
lares,harum demum elemẽta,ex quo
illi putant effici elementa in mixto
esse secundùm proprias formas,non
minùs quàm partes similares in disi
milaribus,& disimilares in toto cor
pore inesse conspiciuntur. In eandẽ
sententiam Gal.principia generatio-
nis in rebus omnibus dixit habere
pro materia quatuor elementa. Iam
elementum ab Aristotele definitur
id,ex quo,cùm insit,aliquid fit indi-
uisibili secundùm speciem.Præterea
idẽ lib. 2. de anima rationem quã ob
rem sensus ipsi elementa nõ sentiãt,
nõ aliã reddit quã quòd inter eos,&
elemẽta nihil est mediũ,quasi indubi
tatũ illud summẽ elemẽta in animali
b° in esse.Deinde cũ primæ qualitates
elementorũ proprię affectiones sint:
hę verò in mixto maneãt: necessariũ
profectò est,& ipsas quoq.elemento
rum

lib.decu
ran.rat.
per san-
gui.mis
sio.ca.3.
li.5. me
taph.c.
3.& lib.
3.de cœ
lo.ca.7.

©BIU Santé

rum formas, citra quas illæ ſeorſum eſſe non poſſunt, in eodē mixto remanere. Ad hæc cùm mixta, cōcretaq. corpora non tam à ſe, ſuoq. motu moueantur, quàm elementi præpollentis vi, vt teſtatur Ariſt. conſentaneū certè rationi eſt elemēta ſecundū ſuas proprias formas in mixto remanere. Prę terea niſi elementa ſecundū totā ſubſtātiā eſſent in mixto, haud quaquā ex ipſo per reſolutionē ſeparari poſſent aut ſecedere: atqui id tū Hip. hoc lib. teſtatus fuit, cùm dixit: Rurſus cùm corp⁹ hominis demoritur ſingula neceſſariò ad ſuā naturā ſccedunt: tum Ariſt. li. 1. de ortu: nō quoduis, inquit, cū quouis miſceri poteſt, ſed vtrunq. eorum, quæ inter ſe mixta ſunt, aliquid eſſe debet, quod ſeparari, ſeiungique poſsit. Et paulò infra: Quæ (ait) mixta ſunt corpora ex his, quæ priùs ſeiuncta erant, quęq. rurſus ſeiungi poſſunt, coaluiſſe certum eſt

lib. 1. de cœlo.

ſententia 140

©BIU Santé

idem lib. 2. de anima ſignificaſſe viſus eſt: vbi dixit: Niſi anima in anima li ſit, fore vt elementa diſſoluãtur, & eorum vnum quodq. diſcedat: atqui niſi ſecundùm formas ſuas ſingula elementa in mixto eſſent, haud quaquam diſcedere, aut diſſolui dicerentur. Præterea Ariſtoteles Reliqua, inquit, mixta vel ex contrariis, vel ex elementis conſtituuntur, viciſsimq. elemẽta ex mixtis (quæ quodammodo ſunt elementa poteſtate) prodeũt: non ita tamen, vt materia, ſed eo, quo dixi, modo, nimirũ, vt extrema ex medio, in quo ſunt vnita. Quin etiã Gal. perſepe quatuor prima corpora in mixtis corporibus cõtineri dixit: ſed & elementis puris, & ſinceris nos interdũ vti aſſerit, aqua quidem quotidie, & in potu, & in balneis, aere verò tũ circũfuſo, tũ per inſpirationem attracto: quin & interdum algentes indigemus igne. Mox ſubdit, ſi vero prop-

©BIU Santé

propterea quòd nemo adeò calefit ab igne, vt ardeat, id circo negant vllum intra corpus elementum assumi, magnopere falluntur, quòd non intelligant, cùm primùm vnum de quator elementis funditus deleatur, cõtinuò animal esse periturum : atqui si arderet necessario iam & frigidum elementum deleretur: ex quo tandẽ cõcludit Gal. elemẽta quidẽ à nobis assumi non pura tamen, neq. sincera, nisi perrarò, sed sub ciborum, aut medicamentorũ forma sumi. Quoties enim ea assumimus, quæ ex elementis orta sunt, toties & ipsa nos elementa sumere. Atq. his quidem rationibus adducti quidam, elementa in mixto, etiam secundùm formas contendunt remanere. Qui etiam ipsi dissident interse. Etenim Auicenna, Hugoq. Senensis illius interpres, itemq. Albertus Magnus cẽsent, elementa formas suas perfectas, inte-

©BIU Santé

graſq.in mixto retinere, per inde ac priùs,quàm mixtę eſſent:variari autẽ penes qualitates, eò quòd iſtæ poſt mixtionem remiſsiores appareant, quã ante,cũ in elementis ſcilicet ineſſent.Auerroes verò elementorũ formas tãquàm imperfectiſsimas remitti vnâ cum qualitatibus dixit,atq.ita in mixto remiſſas remanere. Altera eſt ſententia ſuperiori planè contraria eorum,qui elementorum formas nullo modo in mixtis reperiri putant,in qua fuit D.Thomas, Scotus, Conciliator,aliiq.nonnulli,qui ſuam ſententiam tum teſtimoniis veterum cõfirmarunt, tum rationibus.Ariſto
cap.1. teles(inquiunt)lib.2.de partibus animalium cùm tres cõpoſitiones in animaliũ corporibus retuliſſet, primãq. eam,quæ ex elementis partes ſimilares componentibus fit, propoſuiſſet, poſt quaſi correctione vtens ſubiungit, vel potiùs ex virtutibus elemen

torum

©BIU Santé

torum,quas idem infrà quatuor qualitates interpretatur. Itaq. lib. 1. de gener. explicans modū,quo remanent in mixtis elementa nō alium attulit, quàm quòd eorundē virtutes immaneat. Idem ipſum rationibus contendūt. Elemēta (inquiunt) ſi ſecūdū proprias formas in mixtis remanerent, profectò ipſum ſubiectū generationis eſſe ens actu, nō autē materia prima: at hoc falſum eſt, alioqui quod per generationē acquireretur nihil eſſet, niſi accidens: quidquid enim advenit alicui rei actu, ſuū eſſentialē actū retinenti, id non poteſt non eſſe accidēs: perſpicuum ergo eſt elemēta ſub ſuo priſtino actu permanentia, formaſq. ſuas retinētia nō poſſe mixtorū generationi ſubiici loco materiæ. Ad hæc ſi elementa actu, ac ſecundùm totam ſubſtantiam eſſent in mixto, profectò mixtum cùm corrumpitur, in elementa actu reſoluere-

©BIU Santé

tur: atqui omnis corruptio ſubſtãtiæ fit per reſolutionem in materiam primã, nõ itẽ in entia actu, vt docet, Ariſt. lib. primo de generatione: ergo elementa non inſunt in mixto actu ſecundùm ſuas formas proprias. Accedit illa quoq. ratio, quòd ſi in eſſent elementa in mixto ſecundùm ſuas formas, duorum alterum fatendum eſſet, ſcilicet, vel eorum mixtionem veram non eſſe, vel mutuò ſeſe elementorum corpora penetrare. Age iam enim ſumamus aliquam elementi (exempli gratia) ignis particulam in mixto contentam: rogo, velis ne in illius particulæ materia reperiri ſimul formas reliquorum elementorum, nec ne: ſi reperiri neges, certè talis mixtio non erit vera, ſed ad ſenſum tantùm, nec niſi per compoſitionem partium ſenſu minimarum facta, eo ſcilicet modo, quo cuncta ex elementis conflari dixit Em-

©BIU Santé

Emped. Quod ſi ita ſit, neq, caro, neq. os, ne ue aliud vllum corpus eius modi reuera erit ſimilare: quando quidē nō omnes hę particulæ, quæ in toto ſunt, aut os, aut caro ſunt: verùm ex illis quædam ad ignem pertinent, igniſq. ſunt, alię aqua, alię aer, aliæ terra. Neq. vero illud dici poſsit, eandem hanc particulam, quæ ignis eſt, carnem etiam eſſe, eamq. vna cùm ſit, duas, & quidem maximè diuerſas formas ſubſtantiales obtinere: Etenim id, quàm ab ſurdum ſit, nemo non videt. Sin autem dixeris in minima illa ignis particula reliquorū quoq. elementorum formas concurrere, duo iam inde grauiſsima incommoda conſequentur, alterum, quale nuper attulimus, quòd particula illa, vnica ſimplexq. cùm ſit, pluribus tamen erit informata formis, proindeq. ſimul & vnum erit, & plura. Alterū, quòd cùm formæ reliquorum

©BIU Santé

elementorum nō poſsint per ſe in il la particula, niſi vnâ cum materiis propriis, cōcurrere, neceſſariò illud futurum ſit, vt mutua fiat corporum penetratio. Quod idem incommodum vrget Stoicos, qui elementa non ſolùm penes qualitates, verum etiam penes ſubſtantias tota per tota permiſceri aſſeruerunt, vt teſtatur Gal. lib. 1. de elementis ſub finem. Ad hanc ergo tam difficilem, tamq. controuerſam quæſtionem accuratiùs explicādam multa mihi priùs decernenda video: atq. illud quidem inprimis. Quæ ſint formæ elementorum, & quales: vtrum ſcilicet eiuſmodi, vt intendi remitiq. poſsint, quemadmodum Auerrhoes exiſtimauit, ipſæq. interſe mutuò permiſceri: an non. Itemq. illud alterum, num actu in mixto maneant elementa, an verò poteſtate tantùm: quòd ſi poteſtate, quo tandem modo id ipſum interpretan-

©BIU Santé

pretandum ſit. Ac formas quidem elementorum videtur Galenus nullas alias agnouiſſe, præter quàm primas quatuor qualitates. Quippe qui ignē, ſiue calidum elementum tum demum conſtitui dixerit, cùm primùm materiæ primæ ſummus calor aduenerit: itaque elementa non aliunde, quàm ex materia prima & qualitatibus hiſce quatuor conſtitui tanquam ex duobus principiis eſſentialibus. Auerrhoes, licet elementorum formas alias à qualitatibus primis ſtatuiſſet, eaſdem tamen pariter cum ipſis qualitatibus tum intendi dixit, tũ remitti, atq. id illis propterea accidere, quòd imperfectiſsimę ſint, & inter formas perfectas accidentia quę mediam quaſi conditionem obtinentes: itaque formas elementorum ſubſtantiales non iam amplius ſuum eſſe priſtinum in mixto retinere, illas verò in accidentium naturam iam

illud de

©BIU Santé

degeneraſſe. Atq. hoc demum modo putat eas actu in mixto remanêre, re fractas tamen illas, perinde vt & ipſas eorundem qualitates. Cui ſententiæ ſuffragari videtur Gaſpar Contarenus, clariſsimus ętatis noſtrę philoſophus, qui formas elementorum eo quidē, quo dixi, modo in mixtis corporibus reperiri dicit. Altero verò modo, quatenus ſcilicet ſunt ſubſtantiæ, eaſdem negat remanêre, aut ex illis mixta conſtitui, verùm ex illis potiùs corruptis generari. Secus autem accidere in altera illa mixtione, per quam ſcilicet, & partes ſimilares ex quatuor humoribus, & metalla ex hydrargyro, ac ſulphure gignuntur: quippe ſecundorum eiuſmodi elemē torum formas haudquaquam remitti, remiſſasve in mixto ſupereſſe, illas verò corrumpi ait. Quòd verò ad alteram illam de formarum ipſarum mixtione controuerſiam attinet, nō-

nulli

©BIU Santé

nulli quidem (in quibus fuit Iulius Schaliger) elementorum formas, vt quæ primæ reliquarum omniũ sint, miſceri interſe ipſas aſſerunt ita, vt ex illis mixtis noua quædam forma confletur, itemque ex hac ipſa cum aliis mixta altera, atque ita deinceps, donec ad perfectiores formas, quæ vtique, perinde vt ſuperiores, miſceri non poſsint, ventum ſit. In his porrò formarum mixtionibus formas eas, quæ miſcentur, haud quaquam corrumpi arbitratur, veluti cùm ex aſini, equique formis permixtis muli forma conflatur. Cæterùm, vt liberè dicam, quod ſentio, neque Auerrhois illam de intenſione, & remiſsione formarum elementaliũ ſententiam probo, neque Schaligeri hanc de earũdem mutua permixtione. Et enim ſi formas magis, & minùs ſuſcipere fateamur, vel inuiti quoque cogemur fateri, tum illis fore aliquid contrarium

In Exercitationibus.

©BIU Santé

contrarium, tum ad eas esse perse motum, tum deniq. easdem per partes progressuque temporis adquiri, non item, vt Philosophi censent, temporis momento: quæ omnia quàm sint à substantiæ ratione aliena, testis est Arist. Deinde si elementorum formæ pariter cum qualitatibus ipsis intensiores, ac remissiores euaderent, sequeretur elementa per alterationem mutari nunquam posse. Quæcumq. enim propriè alterantur, ea certè secundùm substantiam debẽt eadem sibi permanere: quare cùm elementa non possint penes qualitates mutari, quin vnâ quoq. penes formas varientur, necessariò illud efficeretur, ea ne per alterationem quidem mutatum iri vnquam: formas autem elementorum misceri interse non posse, vel ex eo apparet, quòd id à ratione formæ prorsus abhorreat. Forma namque omnis actus perfectus est

Lib. 5. Phy.

©BIU Santé

eſt, per quem vtique ſingulæ res actu ſunt, id quod ſunt, à cæterisq. rebus omnibus diſtinguuntur: quorum neutrum eſſe poterit, ſi formas interſe ipſas miſceri ſtatuamus. Quòd verò Galenus in ſingulis elementis nullas alias formas agnouerit, præter primas ipſas qualitates, vel hoc nomine excuſandus eſt, quòd ad reddendam rationem eorum, quę corporibus noſtris tam ſanis, quàm ęgris eueniunt, nihil hac forma ſubſtantiali haberet opus, præſertim vt medicus. Quo circa ſolis primis quatuor qualitatibus contentus fuit. Quanquàm ſi accuratè id, quod eſt, Philoſophorum more proferre libeat, longè alia à calore erit ſtatuenda in igne forma. Quod idē in reliquis elementis monitū velim. Niſi enim formas à qualitatibus diſtinguamus, rationes incommodaque ea, quæ aduerſus Auerrhoem allata nuper

©BIU Santé

per ſunt, nos vrgebunt. Præterea ſi aquæ formam eandem eſſe cum frigore ipſo dixerimus, nulla profecto ratio reddi poterit, cur feruefacta aqua non ſit habenda minùs aqua nũc, quàm priùs, cùm non dum eſſet feruefacta. Quòd ſi eius rei eam rationem reddas, quoniam non ſolum frigus aquæ forma cenſendum ſit, ſed frigus, vnâ cum humiditate copulatum; eoq. fieri, vt quandiu ſupereſt humiditas, tandiu natura aquæ ſuperſit, etiam ſi frigus prorſus abolitum ſit, at certè nullam rationem poſsis reddere, cur non potiùs aqua excalefacta aer cenſeri debeat, quando quidẽ ambæ iam illæ qualitates adſunt, quæ aeris propriæ ſunt: in quibus vtique aeris forma pari iure deberet collocari, atq. ipſius aquæ formam in frigore, vna cum humiditate copulato dixeras collocari. Præterea ſicut frigus ſolum ſine humiditate aquæ for-

©BIU Santé

formam esse negas: ita etiam par esset negare solam sine frigore humiditatem esse ipsius aquæ formam: quod si sit, certè aquam feruefactam non esse actu aquam fatendum erit. Age verò: binæ illæ, quæ in singulis elementis insunt, qualitates, vel formæ duę interse distinctæ sunt, vel secus: si duas esse dixeris, certè vnũquodq. elementum duo esse fatendum erit: sin autem vnam formam ex ambabus illis qualitatibus dicas fieri, quo quæso pacto formæ ipsę ad vnius formę constitutionem coalescunt interse? Neque enim (arbitror) dices mixtione eas coalescere: quandoquidem mixtio eorum duntaxat est, quæ perse, seorsumque actu possunt existere. Sed neque per compositionem, aut exiguarum partium appositionem vniri interse eas dixeris. Postremò, vis illa qua terra deorsum fertur, quam alioqui ab illius forma pro

©BIU Santé

ficiſci omnes Philoſophi vno ore fa-
tentur, cùm neque à frigore, neque à
ſiccitate proficiſcatur, ſatis indicat
neutram harum qualitatum eſſe ter
ræ formam ſtatuendam. His ergo
rationibus adducor, vt & à Galeno,
& ab Auerrhoe hoc loco diſſentiã,
ac elementorum formas, ab eorũ qua
litatibus diuerſas putem, eaſdemq. in
tendi, remitti, ac miſceri negem.

Quod verò ad alteram illam que-
ſtionem attinet, qua quæritur, ſint ne
actu elementa in mixto, nec ne? Ari-
ſtoteles quidem certè, eumque ſecu-
tus Galenus elementa in mixto po-
teſtate non actu ineſſe tradiderunt.
Ca. 10. Ariſtoteles ſiquidem libro 1. de ortu
& interitu. Quoniam (inquit) rerum
partim actu ſunt partim poteſtate,
fit, vt quæ mixta interſe ſunt, ea quo-
dam modo ſint, & quodã modo non
ſint: aliud ſiquidem actu, diuerſumq.
quid agnoſcitur id, quod ex illis fa-

©BIU Santé

ctum eſt, poteſtate verò remanent, quando quidem aliquid eorũ ſuper eſt, quæ ante mixtionem erant, nec intereunt. Neque ergo remanent actu quemadmodũ corpus & candor, neque alterum eorum, aut vtrumque interit: vis enim eorum ſalua manet. Idem alibi diſcrimen inter mixtionem & generationẽ tradens; Res (inquit) quæ genita eſt, actu manet: & miſcibilia poſt abſolutam mixtionẽ non iam remanent actu id, quod erant priùs, ſed poteſtate: itaque miſcibilia tametſi poſt mixtionem abſolutam aliter ſe habeant, quàm antea ſe habebant: tamen talia poteſtate dicũtur in mixto remanere, qualia erant actu priùs, quàm miſcerentur. Neque enim quæ miſcentur, ea ſaluis, & integris particulis minutiſsimis cõmiſceri cum Empedocle dicimus: alioqui enim vera mixtio non eſſet ſed cõpoſitio, ſiue (vt Gal. vocat)

©BIU Santé

exiguarum partiũ appoſitio. Quin neque caro, neque os eſſet ſimilare, ſi ex elementis per cõpoſitionem particularum minimarum coagmentatis, non item totis per alterationem totius ſubſtantiæ mixtis gignerẽtur. Cuius quidem dubitationis rationem totam his verbis expoſuit Ariſt. Iam verò (inquit) qui vnam communem materiam ſtatuunt, id ambigũt, quo tandem modo quidpiam ex frigore caloreque, ſiue ex igne & aqua fieri poſsit. Si enim caro ex vtroque conſtat, & tamen neutrum illorum eſt, ſed neque ex ambobus his integris & incolumibus, perinde vt in compoſitione, conſtat, quid reſtat, vt ſit id, quod ex illis conſtituitur (niſi materia prima) alterius enim duorum illorum interitus, aut alterum facit, aut materiam. Quaſi diceret, cùm per corruptionem vnius contrariorum neceſſe ſit vel alterum con-

©BIU Santé

contrarium ſupereſſe,vel materiam, conſentaneum videtur eſſe,vt ex mixtione, per quam vtique ambo corrumpuntur,ſola ſuperſit materia.Ad propoſitam ergo dubitationem ſic reſpondet Ariſtoteles: An verò (inquit)calidum & frigidum cùm maiorem minoremue ſuſcipiat acceſsionem,quando horum alterum ſimpliciter actu eſt, alterum non erit actu, ſed poteſtate:quando autem non omnino (id eſt cum neutrum iſtorum ſimpliciter actu eſt) ſed quaſi calidũ frigidum, & vt frigidũ calidũ, quod ea, quæ miſcentur, exuperantias ſuas mutuò alia aliorum interimant,tum nec materia(prima)emergat,nec cõtrariorum vtrumq. actu ſimpliciter erit, ſed medium. Et paulò infrà : ac primùm quidem,inquit,elementa ſic mutantur:ex his autem carnes& oſſa conſtant, quæque ſunt eiuſdem generis,cùm id,quod calidum & frigidũ

lib 3.de gen. ca. 7.

©BIU Santé

efficitur,& cùm frigidum calidum, atq.ad medium perueniunt:hîc enim neutrum eſt. In eandem quoq.ſententiam Galenus lib.8.de Decretis Hip. & Plat. elementa in mixto actu remanere negat;illa verò poteſtate tantùm eſſe, quatuor autem humores actu in nobis ineſſe aſſerit.Ac humores quidem quatuor actu in nobis dixi contineri, propterea quòd actu ſuas ſinguli proprias formas retinent:quò fit, vt hi tũ ſponte,tum catharcticorum medicamentorum vi ſecernantur. Neque enim eorum confuſio vera exactaque mixtio cenſeri debet, perinde vt elementorum, quę cumprimùm exactè inter ſe mixta fuerint,cõtinuò ſingula ſuas amittunt formas. Quocirca ea meritò neque ſecundùm ſuas formas,neq. actu in mixto remanere diximus, ſed potentia.Cæterùm non ignoro locum iſtum Galeni nuper citatum aliter

©BIU Santé

aliter à quibuſdam ſolitum explicari, ita vt velint Galenum ibi propterea negaſſe elementa actu in nobis reperiri, quòd nullum illorum vlla in parte corporis ſincerum impermixtumque à reliquis, perinde vt humores, reperiatur. Qui certè mihi minùs accuratè Galeni inſtitutum perpendiſſe videntur. Is namque cùm inſtituiſſet eo loco demonſtrare Hippocratem multò accuratiùs, quàm Platonem de elementis diſſeruiſſe, totamque & ſanitatis, & morbi partium ſimilarium rationem commodiùs explicaſſe, tandem Platonem reprehendit, quòd minùs commodè is ad prima elementa tranſtulerit id, quod Hip. lib. de Natura humana de quatuor humoribus tradidiſſet, cùm diceret, tũ demum valere hominem, cùm iſti ipſi humores & facultate, & copia fuerint cõmoderati, optimeque inter-

©BIU Santé

ſeſe ipſi permixti: ægrotare verò quando vnus quiſpiam ex his, aut plus, minùſue copioſus extiterit, aut ſecretus in corpore fuerit, neque bel lè cum cæteris permixtus. Falſò ergo Platonem ſecretionem iſtã, ſiue, vt idem ipſe paraphraſticè interpretatur, propriæ ſedis cum aliena commutationem ab humoribus quatuor ad elementa prima tranſtuliſſe; quandoquidem nullum de primis elementis vlla in parte corporis poteſt ſincerum, atque à reliquis ſecretum apparere: perinde vt ſanguinem, pituitam, ac bilem alterutram, & quidẽ meram, ſinceramque perſæpe in parte quapiam corporis collectam obſeruamus. Diſcriminis autem huius rationem Galenus iam paulò ante red liderat, quòd elementa quidem poteſtate in corporibus tantum inſint, humores verò etiã actu, qui alioqui ex illis per media alimenta gignun-

©BIU Santé

gnuntur. Enimverò elementa vbi exactè, atq. ad vnionẽ mixta fuerint, neq. iã actu in mixto amplius rema nebunt, neque ſeparari ex eo rurſus per ſecretionem poterunt: at humores quatuor licet confuſi interſe ipſi in venis ſint: eorum tamen mixtio vera, exactaque nõ eſt, ſed ad ſenſum tantùm æſtimanda: propterea quòd humores actu ſub ſuis formis ſinguli manent ſuperſtites, perinde vt cùm vinũ aquę affundimus, aut cùm varia medicamenta permiſcemus. Quò fit, vt modò pituita, interdum bilis ſincera, tum ſponte, tum catharctici medicamenti vi ſecreta ſæpiùs cõſpicia tur. Atq. hanc eandem fuiſſe Galeni ſententiam, vel illa ipſius verba teſtantur, quæ extant lib. 1. de elemen tis. Quo quidem loco is cùm aduerſus Empedoclem, cæteroſque eiuſmodi Philoſophos docuiſſet, ex impatibilibus ſimul, & ſenſu carentibus

Vt in Thetra pharma co.

©BIU Santé

elementis nihil, quod ſenſu prædita ſit, gigni poſſe, propterea quòd nihil noui poſsit compoſitio illa procreare, per quam, quæ componuntur, talia remanent, qualia erant priùs, quàm componerentur: tandem concludit neq. ex atomis, neque ex Igne, Aere, Aqua, & Terra vllum poſſe fieri corpus, quod ſentiendi vim habeat, ſi nõ tranſmutentur hæc, illa verò talem ſeruent naturam, qualem ante habebant, nec patiãtur: Atq. id quidem nõ in primis ſolùm elementis, communibusque, verùmetiam in ſecundis, ac propriis neceſſariò requiri putandũ eſt. Veluti quum ex quatuor humoribus caro, vel os in vtero procreatur, humores ipſos ita interſe mutuò alterari, tranſmutarique oportet, vt ſuis tandem formis amiſsis, deſinant actu eſſe id, quod erant. Quo magis rationi conſentaneum eſt, procreata iam carne elementa prima ſuas itidem

©BIU Santé

dem formas amisisse, & quidem eo magis, quo plures transmutationes circa elementa, quàm circa humores præcessisse oportuit, antequàm ex illis caro gigneretur. Ergo vt totam huius disputationis summam paucis complectamur, nostramq. de quæstione proposita sententiam tandem aliquando proferamus, prima quidem corpora ignem, aerem, aquam, & terram in corporibus perfectè mixtis remanere actu idcirco nego, quòd putem eorum formas deperire. At eadem tamen potestate in eisdem inesse assero. Potestate autem inesse cùm dico, non id solùm intelligo, posse elementa ex ipso mixto per eiusdem mixti interitum generari, eo modo, quo ex cadaueribus vermes, crabrones, vespas quotidie videmus exoriri: qua demũ ratione itidẽ in materia prima nihil nõ potestate cõtineri dicimus: At ista

qui-

©BIU Santé

quidem poteſtas merè paſsiua eſt, vt quæ in vnius materiæ communis participatione,& vt ita dicam,commercio ſita ſit. Ego verò elementa in mixto poteſtate remanere cùm dixi, non de ea,quæ merè paſsiua eſt,inaudiri volui, ſed de altera, quæ actiua nominatur, quoniam ſcilicet in ipſo mixto præter primam elemẽtorum materiam, eorundem quoque virtutes, & qualitates primariæ ſuperſint, remiſſæ tamen ipſæ, contemperatæ que, atque ad vnum commune temperamentum omnes redactę. Primarias qualitates nuncupo,quas Galenus alteratrices vocat calorem, frigus, humiditatem, & ſiccitatem. Prę ter has verò etiam actu ſuperſunt in mixto reliquæ qualitates elementales raritas, denſitas, tenuitas,craſsities, grauitas, leuitas,opacitas,perſpicuitas,refractæ tamen ipſę perinde, vt & ſuperiores. Vtrùm verò qualitates

©BIU Santé

tates iſtæ ſint actu in mixto, necne, præterea vtrùm eędem ſint cum his, quæ in elementis præerant, qualitatibus, an non, ſupra fuit à nobis diſputatum. Cæterùm quanuis nulla eſt in toto mixto particula, quæ non etiam mixta ſit, quæque omnium quatuor qualitatum temperatura non participet: non tamen propterea omnes in quouis mixto particulas vno eodemque temperamento præditas eſſe exiſtimamus. Pleraque enim corpora ſunt partibus heterogeneis prædita, his quidem magis igneis, illis cõtra aqueis magis, vel terreſtribus. Velut in Rhabarbaro, braſsica, lente, aliiſque quamplurimis tum medicamentis, tum alimentis experimur.

Supereſt iã, vt ad rationes, teſtimoniaq. ex altera parte producta reſpõdeamus. Ac primùm quidẽ ad Ariſtotelis locum illum, vbi is guttam vini decem millibus aquæ amphoris inſtilla-

©BIU Santé

ſtillatam negat miſceri, propterea quòd eius forma ſoluatur: illam verò corrumpi potiùs, aſſerit, quoniam vini ſpecie ſublata in aquã omnino tota vertatur. Ariſtoteles quidem certè ea tantùm miſceri cenſet, quæ ſuis ſe qualitatibus alterant, atque à ſe ipſis viciſsim etiam alterantur. Ita vt neutrum cõtrariorũ omnino vincat alterum, ſed partim vincat, partim vincatur: nec eorum alterum poſt abſolutam mixtionem actu ſimpliciter ſuperſit. Itaque vt ad alteram iam rationem progrediamur. Quæcumque ſanè miſcentur, ea quandiu miſcentur, tandiu ſolùm alterantur, nec corrũpuntur. Neque enim corrumpuntur priùs, quàm abſoluta omnino mixtio ſit. Miſcibilium namque corruptio, perinde, vt et nouæ ſubſtantiæ mixtę generatio, terminus quidem mixtionis eſt, non ipſa mixtio. Quod verò ex Ariſtotele afferebatur opera

naturę

©BIU Santé

naturæ ex elementis tanquam ex materia componi, id certè non conuincit elementa actu cum ſuis formis in mixto remanere. Quamuis enim ea toto mixtionis tempore formas retineant ſuas: mixtione tamen abſoluta ſolæ remanent elementorum materiæ vnâ cum qualitatibus, iisq; refractis, vti dixi, atque ad vnum temperamentum reuocatis. Porrò quamuis elementa, ſi eorum formas ſpectes, haud quaquam in mixto remanent, vt oſtendimus, tamen ſi qualitates conſideres, non erit nefas dicere elementa prima calidum ſcilicet, frigidum, humidum, & ſiccum in corporibus mixtis actu remanere, non illa quidem abſolutè, neque ſimpliciter, perinde vt antea cùm erant elementa; ſed mixtim, & cum participatione contrarij, calidum videlicet, vt frigidum, fri-

gidum

©BIU Santé

gidumque itidem vt calidum. At tales quidem qualitates non iam elemẽtales censendæ sunt, neque propriæ elementorum affectiones, quod tamen in octaua ratione ab illis assumebatur.

TEXT. XIX.

Corpus autem humanum continet in seipso sanguinem et pituitam, & bilẽ vtramq. flauam, & atrã: atque hæc illi sunt natura corporis: & propter hæc dolet, valetq.

Absoluta iam superiori illa de primis, & communibus elementis disputatione, ad ea demum humani corporis elementa se conuertit, quæ sanguineorum animalium (inquibus est homo) proxima, peculiariaq. sunt: quorum

©BIU Santé

quorum cognitio medico hoc magis scitu est necessaria, quòd, vt ait Hipp. humores ij & natura humani corporis sunt,& causę,propter quas tum ægrotat homo, tum valet. Ac humores quidem idcirco humani corporis natura ab Hipp. dicuntur, quòd ex illis tanquam ex primordijs generationis cunctæ partes nostri corporis procreatæ,efformatęq; sunt, quòdq. ex iisdem nutriuntur, conseruantur,ac vigēt. Quòd autem ex his partes nostri corporis omnes procreatæ sint, vel ex eo constat, quòd omnes istę ex menstruo, maternoque sanguine ortæ sunt, quem vtique sincerum nō esse,sed vtriusq. bilis, pituitæq. participem infra docebit. Accedit hùc quod, iidē isti humores in causa sunt,cur homo & doleat,& sanus sit:ex quo perspicuò apparet eos ipsos humores elementa corporis humani iure dici. Elemen-

©BIU Santé

rorum enim id proprium, præcipuũque eſt, vt & ex illis gignamur, & ob illorum ſymmetriam valeamus, contraque per eorundem ametriam doleamus, egrotemuſque. Ac doloris quidem nomine Hipp. hoc loco affectum quemcumque intelligit à natura alienum, ſiue is cum manifeſta actionũ noxa ſit (quem morbum dicimus) ſiue ſecus, quam ſanitatem vitioſam nuncupamus. Nomine verò ſanitatis Hipp. conſtitutionem corporis ſignificat naturæ congruentem.

Li. 8. de decret. Hippo. & Plat.

TEXTVS. XX.

Valet quidem præcipuè, cum ea & vim, & copiam mediocriter interſe temperatas habuerint, ac maximè ſi permixta ſint.

Docet

©BIU Santé

Docet his verbis Hippo. cauſam tam ſanitatis, quàm morbi cuiuſcumq. internam partim copiæ humorum, partim eorum viribus, partim deniq. eorundem mixtioni adſcribendam eſſe. Enimverò cùm humores omnes tam copia, quàm facultate, facultatiſq. gradu iuſtam interſe retinuerint ſymmetriam, & verò ijdē bellè mixti fuerint interſe, tū demū benè valebit homo. cùm autem vnus, pluresue ex his à iuſta defecerint vel exceſſerint ſymmetria, aut minùs bene fuerint interſe mixti, illi verò ſeorſum potiùs in locum aliquem, quaſi extra ordinem ſeceſſerint, tum demum minùs bene habebit vnuſquiſque.

Qui plane dogmatici ſunt.

Hoc propter Eraſiſtratū videtur dictū, quem Gal. paſsim ſemirationalem ſolet appellare, propterea

©BIU Santé

quòd interdum ſententiam Hippo. de elementis ſequi viſus eſt (dum naturam ille ſolertem & artificioſam prædicat) interdum contra Aſclepiadis Epicuriq. opinionem probare, qui cauſam quarundam actionum naturalium ad meatuum magnitudinem, paruitatemq. retulerit, vt cõſtat ex Galeno lib. de fac. nat.

Sed cùm ſit duplex genere apud ſectas ratione nitentes inſtitutio elementorum.

De duplici hac Philoſophorum ac Medicorũ ſecta agens Galenus lib. 1. de facul. natura. Duę inquit, fuerũt tum in medicina, tũ in philoſophia ſectæ eorum, qui aliquid de natura tradiderunt, quiq. ſaltem quod dixêrũt, intelligerent, & conſequentiam eorum, quę propoſuiſſent, nõ modò cernerent, ſed etiam obſeruarent, altera

©BIU Santé

tera quidem eorum,qui omnem ſub ſtantiam ortui & interitui obnoxiam,tum vnitam eſſe, tum alterabilem aſſeruerunt, altera illorum, qui eandem inalterabilem,in tenuiaq.cõminuta n & vacuitatibus quibusdam interceptam ſtatuerunt.Ergo qui ſaltem conſequentiam aliquam ex iis, quæ in ſecunda ſecta proponuntur, intelligunt,hi nec naturæ,nec animę propriam vllam ſubſtantiam, facultatemue arbitrantur eſſe, ſed ambas has primorũ illorũ corporum, quę illi impatibilia, ſimpliciaq. proponunt, certo quodam congreſſu fieri: iuxta verò priorem ſectam, poſterior corporibus natura non eſt, ſed multò etiam prior,& antiquior:proinde horũ ſententiâ Natura ipſa eſt, quæ animaliũ, & ſtirpium corpora fabricatur ſuis vtens facultatibus,tractrice,retentrice, coctrice, & expultrice,quæq. aliis quibuſdam faculta

©BIU Santé

tibus generãdo omnia tum artificiò ſè effingit,ac format, tum iis,quæ generauit, proſpicit.

Prima itaq. moderationẽ in meatuum conſtitutione ſtatuit.

Hûc pertinet ille Galeni locus, qui extat libro de differentiis morborũ, Sumatur, ait,& hîc conſtans omniũ confeſsione principium, Id,quod naturale exiſtit, eſſe moderatum, non in animali ſolûm, ſed etiã in plantis, & ſeminibus,& omniũ organo,quod verò non naturale immoderatum: erit igitur ſanitas moderatio quædam, morbus verò contra immoderatio: at quarum rerum immoderatio ipſe morbus erit, earundem, inquit, fuerit ſanitas ipſa moderatio. Itaq. ſi moderatio meatuum, ſanitas eſt,ſicut Aſclepiadi placuit, cæteriſq.

omni

©BIU Santé

omnibus, quicunque per minimorũ corporum contactum, coagmentationemque, non item per alterationem cuncta procreari asseruerunt, profectò morbus eorundem meatuũ erit immoderatio, sin autem ex temperatura calidi, frigidi, humidi, & sicci pendet sanitas, certè morbus incontraria huic dyscrasia consistet.

TEXTVS XXI.

Dolet autem, cùm aliquod ex iis minus, ampliusve extiterit, aut ab aliis secesserit, neq. cum omnibus fuerit temperatum.

TRIA erant, quæ nuper ab Hippoc. in homine integrè sano requirebantur, quorum primum ad elementorum moles æquabili interse ratione moderatas pertinebat, alterum ad eorundem vires iustam interse itidẽ

©BIU Santé

ſymmetriam, proportionemq. obtinentes, tertium verò ad mixtionis temperaturæq. huius abſolutionem; per quam ſcilicet vnumquodque elementorum cum reliquis elementis omni ex parte mixtum, contemperatumq. ſit. Ex tribus ergo hiſce nuper propoſitis integrę ſanitatis cauſis, quaſi per antitheſim colligit hîc Hippo. totidem morbi, ſeu vitioſæ ſanitatis cauſas, ſingulis illis ex aduerſo reſpõdentes. Nã primo quidem loco, vbi dicit [Quãdo minus, amplius ue extiterint] ametiam ſignificauit, ideſt, exceſſum, defectumve vniuſcuiuſq. ex elementis, eumq. geminum, alterum penes quantitatem, alterum penes vires: poſtremo verò loco cũ ait [Neque cum omnibus attemperatũ] temperaturæ inæqualitatem intelligit. Quodcũq. ergo de tribus his vitiis adfuerit, neceſſe eſt naturalem corporis conſtitutionem vitiari, vel ſiqui-

©BIU Santé

ſiquidem inſignis actionum noxa acceſſerit, etiam morbo hominem laborare: ex quo apparet tum hanc, tũ duas proximè ſubſcriptas deinceps ſententias de humoribus interpretandas eſſe potiùs, quàm de primis quatuor corporibus igne, aere, aqua, & terra. Quamuis enim de tribus vitiis nuper memoratis, prima duo, quæ ad ametriam pertinere dixi, ad omnia elemẽta transferri poſsint, poſtremum tamen non perinde poteſt: Quanuis id tentauit Plato facere. In Timæo. Etenim quod ab Hippo. hîc dicitur morbos fieri tum, cùm vnumquodq. eorum, ex quibus conſtamus, plus, minus ve extiterit, quàm par ſit, id verò nòn minùs de elemẽtis primis, qũàm de humoribus ipſis poſſumus interpretari. Quod autem mox additur, [aut ſeceſſerit, neque cum omnibus permixtum fuerit] id, inquam, de humoribus verè dixeris, de quatuor

©BIU Santé

autem primis corporibus, non item: neque enim iſta ſunt, quæ tranſmutantur, aut quæ ſedem in animalium corporibus variant, quemadmodum Platoni viſum fuit, ſed humores quatuor, qui vtique quocunq. in membro per ſe, ac ſeorſum conſtiterint, continuò iam in illo morbum excitabunt, flaua quidem bilis herpetē, Eryſipelaſq. atra cancrū, pituita œdema, ſanguis demum ipſe phlegmonem.

TEXT. XXII.

Neceſſe eſt enim cùm horum quidpiam ſeparatum, ac per ſe ſeorſum conſtiterit, non modò locum, vnde exceſſerit, morboſum euadere, verumetiam vbicunque reſtiterit, influxeritque

©BIU Santé

ritque, ibi nimis affluens dolorem, et laborem excitare.

Quoniam dixerat hîc Hippoc. hominem dolere tum, cùm vnus ex quatuor humoribus penes copiam, aut vires iuſtam amiſerit ſymmetriam, aut cùm minùs bene cum reliquis permixtus fuerit, idcirco tum hac, tum duabus proximè adſcriptis ſententiis, ex euidenti eorum, quæ eueniũt, obſeruatione docet quemadmodum ab humoribus malè permixtis, atq. à ſe inuicem ſecretis corpus dolore, laboreque afficiatur. Atq. hoc quidẽ loco vox illa græca χωρίζεσθαι, quæ idem ſonat, quod, ſecerni, obſeruanda venit, quam & hac ſententia, & ſuperiori Hippoc. vſurpauit, vt per eam humores impermixtos ſignificaret: id quod ideò cõmonẽdum duxi, vt intelligas humores quatuor, qui

in

©BIU Santé

in venis confuſi vnam, communemq; ſanguinis formam præſeferunt, non perinde exactè mixtos eſſe interſe, vt elementa quatuor ad mixtorum generationem miſceri diximus. Hęc etenim ita validè ſuis ſeſe mutuò qualitatibus alterant, atq. permutãt, vt nullum tandem ex illis actu ſimpliciter ſuperſit in mixto, quemadmodum ſupra à nobis oſtenſum fuit. At quatuor humores ij, qui in venis continentur, quoniam non ita exactè ad vnionem interſe mixti ſunt, quin ſuas ſinguli proprias formas, diſtinctas que retineant, eo fit, vt per ſolam ſecretionem à ſe mutuò ſeiungi, ſeparariq. poſsint, iiq. vel ſpõte ſecreti, vel catharcticorum medicamentorũ vi attracti, nulla interim, vt Aſclepiades exiſtimauit, noua eorundem generatione interueniente, perinde vt in vera mixtionis diſſolutione vſque ad elementa facta fieri diximus.

Quare

©BIU Santé

Quare cûm humores quatuor ſuas ſinguli formas in corpore retineant, actuque in eodem inſint, non debemus eorum cõfuſionem, veram, exactamque, ſed ſenſui apparentem mixtionem iudicare: atq. ideirco mixtionis eorundem diſſolutionẽ Hipp. hîc ſecretionem appellauit. Quoties ergo vnus quiſpiam de quatuor humoribus in partem aliquam decubuerit, iſque ſincerus, neque totus cũ cæteris omni ex parte penitus permixtus, dolor excitabitur, propterea quòd, vt ait in comment. Gal. vtraque pars tam ea, vnde humor defluit, quàm illa in quam influxit, intemperie inſigniter afficitur, id quod euenire ſolet maximè tum, cùm humor fuerit ex iis, qui viribus pollent inſignibus. Talis eſt humor is, quicunque à ſymmetria naturali maximè fuerit alienus, velut inter frigidos quidem humores pituita vi

trea

©BIU Santé

trea, inter calidos verò mera bilis, atque ſincera, ſiue ea demum flaua impenſè ſit, ſiue vitellina, ſiue ærugino ſa, ſiue etiam atra. Sinceram dico eâ, quæ neque cum cæteris humoribus mixta, neque ſuo diluta ſero eſt. Talis ergo humor partem eam, in quã decubuerit, dolore pertentabit, idque non ſolùm illam nimia ſua copia onerans, atque diſtendẽs, verum etiã intemperie calida, aut frigida inſigniter afficiens. Quin etiam conſentaneum rationi eſt, partem eam, vnde humor abſceſsit, tum iſtius ipſius humoris, dum in parte aderat, culpa, intẽperie affici, tum ob eiuſdem efflu xũ, vacuationẽque immodic.ã

Hi enim non quantitate tantùm parti, ſed & qualitate dolorem excitãt.

Ex his Galeni verbis interpretes occaſione arrepta, quæſtionem illã diſcep-

©BIU Santé

diſceptandam proponunt, vnica ne
ſit doloris proxima, continenſq. cau
ſa, an verò potiùs, vt hîc Gal. innue-
re videtur, duplex. Sunt qui duplicẽ
cauſam vnâ cum Auicenna ſtatuant, Lib. de loc. in homi- nc.
videlicet ſolutionem continui, & in
tẽperiem, Cùm enim dolor Hippo-
crate auctore, fiat tum, cùm alteraſ
cit, corrumpiturque natura: natura
autem partium ſingularum non in
ſola vnitate ſubſtãtiæ, integritateq.,
verum etiam in temperatura conſi-
ſtat: neceſſariò ex eo putant effici to
tidem fore doloris excitandi cauſas
proximas, quot fuerint naturæ cor-
rumpendæ, nempe duas, alteram ab
ijs, quæ vnitatem ſoluunt, alteram ab
ijs, quæ intemperie afficiunt. In quã
ſententiam varios Galeni locos pro
ferunt: velut eum, qui extat lib. de in Cap. 3.
æquali intemperie, itemq. alterum
illum, qui paulò infra legitur: qui-
bus locis Galenus non ſolùm tum, Cap. 4.
cum

©BIU Santé

cum vnitas diſſoluitur, veluti cùm partes à fluxione diſtenduntur, diuellunturue dolorem excitari ait, verum etiam quando calefiunt, aut refrigerantur, aut quoquo modo aliter alterantur. Sed & lib. 12. meth. & comment. 2. de morb. acut. & in arte medic. duas has, tãquã diſtinctas
cap. 8. doloris cauſas affert. Qui verò vnã cotinui ſolutionẽ aſſerũt proximã, continentemque doloris cauſam eſſe, hi ſententiam ſuam Galeni locis illis confirmant, quorum alter extat
cap. 8. libro de inæquali intemp. alter li-
cap. 1. bro de ſimp. med. fac. Vbi cùm accuratiùs ea de re agere inſtituiſſet Gal. ſolam vnitatis ſolutionem doloris cauſam proximam videtur ſtatuiſſe. Quæ namque calefaciendo, aut refrigerando dolorem inferunt, ea non niſi per mediam continui ſolutionẽ inferre. Cæterùm vt de tota hac quæſtione breuiter dicam, quod ſentio, quodq.

©BIU Santé

quodque ex Gal. ſententia dicendum puto, nullus dolor ſine paſsione violenta, id eſt, ſimul multa, & celeriter facta fieri poteſt, vt teſtatur in Timęo Plato. Sed & Hipp. idem ſignificauit cùm dixit. Cùm alteratur, & corrumpitur natura, dolores fieri: quippe illud corrumpitur, celeritatem ſimul, & magnitudinem mutationis ſignificat, teſte Gal. lib. 1. de Symp. cau. atqui repentina omnis, violentaque temperamenti mutatio ſolutionem continui neceſſariò efficit, vt oſtendit Gal. li. 4. de ſimpl. med. facul. Nępe quod ſubitò, & vehementer calefacit, id quod cōtinuum eſt penetrat, & perrodit: quod verò ſubitò, ac vehementer refrigerat, id repentè, & violenter contrahendo, continuum diuellit: ex quo efficitur nullā alterationem eſſe poſſe dolorificam, quæ cum vnitatis ſolutione nō fiat. Quod ipſum Gal. lib. 1. de Symp. cau. teſtatum reliquit.

O Ergo

©BIU Santé

Ergo licet in quacunque ſimplici ſenſatione, atque adeò in omni voluptate vtrumque, & alteratio, & alterationis dignotio, perinde vt & in dolore requiratur, hoc tamen intereſt, quòd in ſenſu quidem ſimplici, neque acerbata alteratio, repentinaue requiritur neq. violenta: in voluptate verò acerbata illa quidē requiritur, non tamen violenta, neque cum vnitatis ſolutione facta. Etenim talis ſi ſit, neceſſariò iam dolorē excitabit, etiam ſi per eā fiat à ſtatu præter naturam ad naturalem reditus, vt docet. Gal. lib. 12. meth. exemplo eorum, qui manus algidas prępropere ad ignem admouerunt: quippe qui ad vnguium radices intolerabili dolore cruciari ſolent, Itaque concludit corpora noſtra non ſolum dolore affici tum, cùm in ſtatum à natura alienum transferuntur: ſed etiam cùm ad ſtatum naturalem reuocantur, niſi ſtatum eum paulatim

Cap. 7.

©BIU Santé

latim recipiant,id eſt(vt ego quidem interpretor) ſine violentia, ac citra vnitatis ſolutionem.Cùm ergo doloris eſſentia in duobus his conſiſtat, ſcilicet in aceruata,violentaque paſsione,& in eiuſdem paſsionis ſenſu, dignotioneque,profectò quęcunque talem paſsionem proximè,ac perſe inferre poterunt,ea erunt doloris cauſæ continentes: ex quo apparet ea omnia doloris cauſam continentem fore,quęcunque aceruatim,& cum violentia calefaciunt,vel refrigerant,ita vt iam vnitatem ſoluant. Illud ergo certũ exploratumq. eſt nullam alterationem dolorem excitare poſſe, quę ſine violentia,ac citra vnitatis ſolutionem fiat: illud verò incertum, neque à Gal.definitum, vtro tandem modo dolorem excitent ea,quę calefaciunt,vel refrigerant:an ſcilicet calefaciendo, refrigerandoue, an verò propterea quòd ſimul vnitatem ſol-

©BIU Santé

uunt. Quinimo quæſtionẽ hanc totã, tanquam minùs vtilem ad doloris remedia veſtiganda à Gal. arbitor prętermiſſam. Scitè ergo Fran. Valleſsius vir et ingenio,& eruditione ſingulari, permagni intereſſe ait, dicas ne dolorem omnẽ cũ continui ſolutione fieri, an verò ex ſolutione: illud quippe à Gal. fuiſſe demõſtratum, hoc nõ itẽ. Equidem(vt id, quod de tota quæſtione propoſita probabilius mihi viſum eſt, breuiter exponam) ſicuti quęcunq. calefaciunt, hoc ipſo ſolùm quòd calefaciunt, ſenſum mouent, ita quoque, quæ ſubitò,& cum violentia calore afficiunt, ea, hoc ipſo quòd cũ violẽtia afficiunt, moleſtum ſenſum, ideſt, dolorem mouere cenſeo: & quoniam ea demum alteratio, cum violentia fit, quæ vnitatem ſoluit, cõ ſentaneum rationi eſt, quæcunq. calefaciendo dolorem inferunt, non eò ſolùm, quòd calore afficiunt doloré

inferre

BIU Santé

inferre, ſed quòd ita violenter afficiant, vt vnitatem ſoluant. Neque enim ſatis eſt naturã alterari, vt dolor excitetur, niſi ea ita violenter alteretur, vt etiã corrumpatur, ideſt, vt ex alteratione vnitas ſubſtantiæ diſſoluatur. Quod enim apud Hippo. extat, morbũ omnem vlcus eſſe, id verò non niſi de eo morbo, qui dolorem inuehit, interpretandũ eſt. Quòd ſi obiicias per febrem hecticam temperamentum, naturamq. corrumpi, neque tamen dolorem vllum perſentiri, reſpondemus apud Hippocratem, cùm dixit, quibus alteraſcit, corrumpiturq. natura dolorem excitari, vocem illã, corrumpi, de eo tantum corruptelæ genere interpretandam eſſe, in quo temperamentũ non paulatim, vt in hectica febre, ſed ſubitò, & cum violẽtia labefactatur. Quòd autem Galenus non vnam, ſed duas doloris cauſas attulerit, ea ratio eſt, Lib 3. de frac. t. x. 34.

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 229 sur 343

©BIU Santé

quòd vnitatis ſolutio, quæ ab alterantibus fit, obſcurior eſt, quàm vt à nobis certò poſsit agnoſci: deinde quòd nullius eſt planè momenti ad curationem morborũ obeundam. Neq. enim ab illa nobis indicatio vlla ad doloris remedia methodo veſtiganda ſuppetit, ſed ab iis ſolùm, quæ nos alterant, intemperieque afficiunt. Solutio ſiquidem illa continui, neque morbus permanens cenſeri debet, neque affectus vllus, ſed paſsio quædam, ſiue morbus (vt ita dicam) fiens, nullo alio remedio indigens, præter id tantùm, quo intemperies ipſa perſanatur. Intemperie ſiquidem illa ſublata, ne ceſſe eſt protinus, & dolorem eum, qui ab illa ipſa oriebatur, tolli.

TEXTVS XXIII.

Etenim cum horum aliquid è corpore effluxerit, id

que

©BIU Santé

que copiosius, quàm quod effluit, dolorē ac molestiā exhibet vacuatio.

Vocem illam Grecam ἐπιπολάζον Gal. dupliciter interpretari nos posse dicit, nimirum & de humore eo, qui preter modum abundat in corpore, & de eo etiam, qui cum cæteris humoribus minùs benè permixtus, contemperatusque est. Cùm ergo is, qui extra corpus effluxit, humor copiosior effluxerit, quàm proclus, qui in corpore redundat, modo & copia, tum demum dolor, id est morbus, morbosaue affectio ex huiusmodi euacuatione cōsequetur. Neque enim audiendi sunt ii, qui à vacuatione negant morbos oriri vnquam posse. Cùm enim videamus ex nimia sanguinis ab vtero, vel hęmorrhoidibus effusione corpus tanta ple

©BIU Santé

rumq. intemperie affici, vt euidens noxa in actionibus appareat, atq. in hydropẽ quandoq. æger incidat: perſpicuũ profectò eſt, quod hoc loco dixit Hipp. à vacuatione dolorem & moleſtiam exhiberi.

TEXTVS. XXIIII.

Quod ſi intrò vacuatione facta transferatur, atque ab aliis ſecernatur, duplicẽ ſanè neceſſariò dolorẽ prębebit, vt dictũ eſt, & vnde deceſſerit, & vbi redundauerit.

Horum verborum ſententiã eandem eſſe cum ſuperiori illa, cuius verba ſunt (neceſſe enim eſt, cùm horũ quidpiam ſeparatum, ac per ſe ſeorſum conſtiterit, &c.) vel ipſe idem Hipp. ſatis apertè teſtatur, cùm dixit (vt

©BIU Santé

(vt dictum est) quare alia hîc interpretatione nihil est opus.

TEXTVS. XXV.

Dixi sanè quæcumq. esse hominem dixero, demonstraturum me eadem semper esse, secundùm legem & secundùm naturam.

Hæc verba, quæ in græcis Hipp. codicibus leguntur, nescio quomodo in Gal. commentarium irrepserunt. Eo autem pertinent, vt intelligamus quemadmodum, quæ deinceps sequũtur cum antecedentibus cohæreant.

TEXTVS XXVI.

Dico autem sanguinem esse, & pituitam, & bilem, tum flauam, tum atram, atq. eorum quidem nomina, pri

©BIU Santé

mùm lege differre aio, nec vlli eorum idem nomen eſſe: tum & ſecundùm naturam ſpecies eorum diſtin gui, neq. pituitam ſimilem eſſe ſanguini, neq. ſanguinem bili, neque bilem pituitę. Quomodo enim ſimi lia fuerint interſe ea, quorum neq. colores aſpectu ſimiles apparent, nec ſi manu contingas, ſimilia viden tur eſſe? quandoquidē nec æquè calida, aut frigida, aut humida, aut ſicca ſunt.

Quoniam ſuprà duo illa ſibi ad demonſtrādū propoſuerat Hipp. alterum

©BIU Santé

rum quidē,humores noſtri corporis quatuor eſſe,nō vnū tātùm ſpecie:alterū verò, eos omnes cognatos nobis, & ſecundùm naturam eſſe:idcirco inſtituti ſui non immemor, primò quidem illud docet,quatuor eſſe humores in corpore,eoſq. natura diuerſos interſe, deinde verò eoſdem ſecundum naturā,id eſt,naturæ noſtræ cognatos eſſe demonſtrabit.Ac differre quidem humores ipſos quatuor interſe,duplici ratione, ſicut ſuprà ſe facturum receperat, oſtendit, primùm quidem ex lege,id eſt,ex communi hominum ſententia, atq. conſenſu, deinde ex naturā,id eſt ex ipſa veritate. Ad cōmunem hominū cōſenſum ſpectant illa Hippo. verba, (atq.horū nomina primū lege differre aio,nec vlli eorum idem nomen eſſe)naturæ autē,id eſt,veritati id ipſum conſentaneū eſſe, eo confirmat argumēto,quod & forma differant,

&

©BIU Santé

& facultate. Ac formaquidem eos interſe oſtēdit differre cùm dicit, Neq. aſpectu, neq. tactu eos ſibi ſimiles apparere. Quippe humorum formæ tū aſpectu diuerſæ apparent interſe, & facultate: ac forma quidem differre eos interſe, oſtendit, cum dicit, Quippe qui colore diuerſo ſunt: tum tactu, propterea quòd & calore, frigoreq. differunt, & conſiſtentia, quę aliis quidē humida, ideſt, fluida, tenuiſq, aliis cōtra ſicca, ideſt, craſſor, cohærentiorq. eſt.

Fortaſis autem offendit quoſdam.

Quoniam poſſet aliquis dubitare, qua ratione dictum illud ab Hipp. ſit, differre humores ipſos interſe, eò quòd alij aliis plus minusve ſicci ſint, cū id ab humoris natura (quē liquidum eſſe par eſt) alienum prorſus ſit, idcirco, quaſi prolepſi occurrēs Gal.

humo

©BIU Santé

humores,quamuis abſolutè,& perſe conſiderati,omnes humidi ſint,tamẽ ſi interſe ipſi conferantur, alios aliis & craſsiores dici poſſe ait, & ſiccio-res:quin etiã vnum,& eundẽ plerũq. ſeipſo tum craſſiorẽ fieri, tũ ſiccio rẽ : itaq.amarę bilis genera,non ſolũ calore,ſed etiam craſamento, ficcitateq. diſtingui:quipe aliam eſſe colore quidem pallidam, conſiſtentia autem liquidã,fluidamq. aliam verò lõgè, & calore fluidiorẽ,& conſiſtentia itidẽ craſsiorẽ,qualisquę à vitellorũ oui ſimilitudine Vitellina cognominata eſt.Eandẽ porrò,& in ſanguine, & in pituita,&in humore melãcholico varietatẽ obſeruari dicit: cui° qui dẽ varietatis rationẽ eã reddit,quòd humores reuera elementa non ſint, perinde ac aer, aqua,ignis , & terra, ſed ex his mixti , atq. conflati, ita tamẽ,vt alia in aliis humoribus prępol leant elementa , velut in bile quidẽ ignis,

©BIU Santé

ignis, in pituita aqua, in humore melancholico terra, ſanguis autem ex æquabili omnium quatuor elementorum temperatura conflatus ſit. Et quoniam humores ſinguli ex omnibus quatuor cõſtant elementis, eò fit, vt quo cuiq. humori plus huius, vel illius elemẽti obtigerit à natura, hoc, vel rubicundior, vel flauior, vel albidior, vel nigrior ſit, adhæc vel craſſior, cõpactiorve, vel contrâ tenuior, atque liquidior.

TEXTVS XXVII.

Cùm ergo tantopere & forma, & viribus differant interſe, neceſſe profectò eſt, ea non eſſe vnũ: niſi certè ignis, & aqua vnũ ſunt.

Concludit rationem paulò ante propoſitam aduerſus eos, qui vnumquempiã de quatuor humoribus ſolum humani corporis naturam, & ele-

©BIU Santé

elementum esse voluerunt : quorum quidem auctorum nomina tametsi à nobis ignorentur, non tamen propter a existimandũ est, neminem vnquã, qui talia assereret, extitisse. Causam autem, cur horum memoria intercideri t, eam demũ affert in cõmentario Gal. quod suas illi sententias fortasse litteris nõ prodiderint, id quod à quibusdam factũ fuisse memorat, velut à Socrate, Pythagora, atque inter medicos etiam, à Quinto: quorum quidem nemo, ea, quæ viua voce docuerat, scriptis mandauit. Quin & Platonem pleraq. tradidisse, quæ in eius libris desiderantur, vel ab ipsis eiusdẽ discipulis accepimus. Iã verõ, vt Thaletẽ Milesium, solam aquam rerum omniũ elementũ statuisse non ambigimus, etiamsi nulla eius ea de re extent monumenta, ita verisimile est, nõ defuisse qnosdã ex medicis, qui dicerent solam pituitam esse naturam, & elementum proximũ corporis humani, licet

©BIU Santé

licet quis fuerit huius opinionis autor, ignoretur. Atq. idem in reliquis humoribus suspicari licet.

TEXTVS XXVIII.

Quòd verò omnia ea haud vnum sint, sed suã quodq. habeat propriam facultatem, hinc scire licet, quòd si cui dederis medicamentum ad pituitam educendam idoneum, pituitam tibi egeret: sin medicamentũ, quod bilẽ atrã ducat, obtuleris, bilem tibi reddet: itidem, & bilem atram purgauerit, si medicamẽtũ, quod atram bilem ducat, porrexeris: quòd si quam partem

corpo-

BIU Santé

corporis pertuderis, ita vt vulnus infligas, continuò fluet ex ea ſanguis. Atq. hęc omnia fient tibi perpetuò tam die, quàm nocte, tam hyeme, quàm æſtate, donec homo ſpiritum ducere, & reddere viciſſim poſsit, poterit autem eatenus, quoad aliquo ex his, quæ ſibi cognata ſunt, fuerit priuatus. Cognata verò ſunt ea, quæ modò memorauimus: quæ quis cognata eſſe inficiabitur? primò ſi quidem illud manifeſtò apparet hominẽ, quandiu viuit, in ſe ipſo om

©BIU Santé

nia iſta perpetuò continere, deinde verò natum eſſe ex homine, in quo hæc inſunt omnia. Præterea enutritũ in homine, cui hæc eadem omnia itidem ſuppetũt, quę ipſe tũ affero, tũ demõſtro.

Huius ſententiæ duæ ſunt partes: quarum altera oſtendit quatuor humores & facultate differre interſeſe (vt qui cum diuerſis purgantiũ medicamentorum generibus naturæ communione cõueniant) & perpetuò eoſdem in homine reperiri. Altera verò docet eos ipſos humores homini naturã eſſe, ideſt, ex his humani corporis partes tum originem, tum alimentum capere. Hęc namq. duo ſunt, quæ ſupra ſe oſtenſurum receperat.

Tex. 8. Hippocrates ergo ſupra, aduerſus eos

©BIU Santé

eos disputans, qui vnum sangui-
nem statuebant hominis naturam,
& elementum, cùm dixisset nullum
anni tẽpus, neue ætatem vllam osten
di posse, per quam solus sanguis in ho
mine inesse appareat (quod tamen ab
illis ostendi debuisset) iam id ipsum
confirmat argumento sumpto ab his,
quæ quotidie in purgationibus appa
rent euidenter. Si cui enim (inquit)
medicamentũ cholagogum, idest, du-
cens bilem, aut phlegmagogum dede
ris, humorem eum perpetuò vacuari
videas, qui ab huiusmodi medicamẽ-
to attrahi natura sua sit idoneus. Ex
quo apparet manifestò omnes homi
nes quatuor humores hos perpetuò
cõtinere, quandoquidẽ hi perpetuò à
catharcticis medicamentis expurgari
possũt. At enim huic rationi occurrũt
Asclepiadis sectatores pernegãtes cer-
tum vllũ humorem attrahi à purgan
ti medicamento: neque enim medi-

©BIU Santé

camenta purgantia atrahere humorẽ ſibi familiarem, illa verò quidquid in venis offenderint, qualecunq. tandẽ id ſit, mutare, vertere, abalienare atq. in ſuã naturã corrumpere: quòd ſi qua ex ipſa purgatione ægris accedat vtilitas, non tam ex humoris hoxii purgatione eam, quàm ex communi euacuationis ratione conſequi. Veluti cùm quis medicamenti purgantis beneficio fuerit ictero liberatus, non bile educta huic, ſed vacuationis ratione tantũ fuiſſe perſanatũ. Quæ Aſclepiadis ſententia quàm falſa ſit, pluribus locis eſt à Gal. demonſtratum. Cęterùm nihil eſt, quod æquè illius errorẽ conuincat, atq. id, quod in ipſis artis operibus quotidie obſeruamus fieri. Quippe ſi homini aſcite laborãti dederis medicamentũ hydragogum, abdomen certè illi, exhauſta multa aquæ copia, plurimùm detumeſcet. Quòd ſi medicamẽtum alte-

Lib. 1. de facul. nat. lib. de Theriaca ad Piſonẽ. lib. de purg. med. facult. li. 2. de elementis. lib. de atrabile.

BIU Santé

rius generis quale quod bilem flauam, aut atram ducit, propinaueris, neq. multũ humorem vacuabis, et verò abdomen ampliùs intumesceet. Cõtra verò accidere videmus iis, qui ex iecoris obstructione in morbum regium incidêrunt. Etenim si reseratis priùs iecoris meatibus, medicamentum dederis, quod bilis ducendæ vim habeat, & plurimũ bilis eius, quę redundat, eduxeris, & ęgrum continuò ictero liberabis. Consimiliter etiã obseruamus fieri in his, quos pituita, aut atra bilis infestat: nã & copiosa fit humoris eius, qui redundat, expurgatio, & magnum inde commodum ægris accedet, si quidem pharmacũ exhibeamus, quod redundanti humori expurgãdo vtile sit. Accedit huc, quòd si humorẽ medicamẽti vi haud quaquã secerni, sed ab eodem vltro gigni fateamur nulla à nobis ratio reddi poterit, cur nõ vnũ semper humoris genus in

©BIU Santé

ſuperpurgationib⁹ excernatur: quãdo quidẽ veriſimile non eſt, medicamentũ minorem vim ad corrũpendos, alterandoſq. humores, & in ſuã naturã conuertendos in progreſſu ſuperpurgationis habiturum eſſe, quàm in principio. Ex his ergo perſpicuò apparet humores, cũ expurgãur, à catharcticis medicamentis attrahi, per attractionẽ que purgari, non itẽ, vt Aſclep. nugabatur, denuo generari. Quare ſi quouis anni tẽpore, & quauis ętate, ſinguli hi quatuor humores, à ſuo quiſq. medicamento, purgãtur, purgatio autẽ non alia ratione fit, quàm quòd humores, qui in corpore inerant, attrahũtur, perſpicuũ profectò eſt eoſdẽ hos quatuor humores, omni tum ætate, tum anni tempore in noſtris corporibus reperiri. Quod ſi eſt, nefas profectò fuerit ſanguinem ſolum, vllum ve alium de tribus reliquis humoribus ſtatuere naturã corporis humani. Ex quo efficitur

©BIU Santé

tur neq.ex ſolo ſanguine à tribus reliquis humoribus ſecreto,partes noſtri corporis originem habuiſſe: ac proinde in menſtruo ſanguine (ex quo vtiq.partes noſtri corporis procreantur)perpetuò quatuor humores omnes reperiri,non ſecus quàm in eo ſanguine,qui è venis effunditur,quiq.partibus ſingulis præbet alimentum.

Quid autem ſermoni forſtaſſe adiecerim.

Quoniam nuper Galenus ſignificauerat partes noſtri corporis omnes ex quatuor humorib' in ſanguine confuſis, tãquã ex proprio originis noſtrę primordio ortas,efformataſq. fuiſſe, poteratq.quiſpiam de ſpermaticis partibus dubitare, num etiam hæ ex ſanguine ortę dici poſsẽt,cũ è ſemine potiùs originẽ habere videantur,vel ipſo etiam Gal. teſte lib.1.de Semine,& lib.1.de ſanitate tuẽda,id circo tanquã

©BIU Santé

prolepsi occurrens hoc loco Gal. id, quod à se paulò ante fuerat dictũ, sic interpretatur, non quasi ipse negauerit partes spermaticas ex semine gigni, tã quàm ex materia: quippe qui id ipse in libris de semine aduersus Aristotelem demõstrauerit: sed quòd eædem istę partes ex sanguine itidem genitæ dici possint, propterea quòd, quamuis prima illarum origo ex semine sit, tamen quoniam seminis ipsius copia ac moles minor multò est, quàm, vt ex eo vno tam multę partes corporis fingi efformariq. possint, idcirco, & sanguine pręterea op⁹ fuit, cuius accessione semen eatenus aleretur, amplificareturq., donec partes singulæ expressam satis, absolutamq. conformationem nanciscerentur: Accedit hûc illud quoq. ratio, quòd cùm semen omne originẽ ex sanguine obtineat, nõ malè etiã dixeris partes spermaticas originem quoq. ex sanguine obtinuisse pri-

©BIU Santé

Primò clarè apparet hominem, quandiu viuit.

Hæc eſt altera ſentẽtiæ huius pars, in qua Hippo. poſtquã demonſtrauit humores quatuor perpetuò in homine contineri, oſtendit iã hos ipſos humores ſecundùm naturam in corpore in eſſe id eſt tum materiam generationis efformãdis partibus ſuppeditare, tum eaſdem omni vitæ tempore ſaluas incolumeſq. præſtare. Id porrò tribus rationibus breuiſsimis confirmat: prima, quòd, vt ex ſuperioribus manifeſtò liquet, quatuor hi humores in homine toto vitæ tempore reperiantur, quos alioqui non oporteret ſemper reperiri, niſi cognati nobis eſſent: deinde quòd homo ex parẽte conatus ſit, in quo humores hi inſunt omnes. Quo magis veriſimile eſt eũ ex iiſdem quatuor humoribus fuiſſe procreatum. Poſtremo quòd in vte-

©BIU Santé

ro matris, (cui idem iſti omnes humores ad ſunt) altus enutrituſq. ſit: vt conſentaneũ rationi eſſe videatur, eũdem ex iiſdem quatuor humoribus fuiſſe in vtero nutritum.

Primum mihi faciendum eſt, vt commune.

Bilis nomen ita à græcis communiter vſurpari dicit, vt cùm bilem ſine appoſitione proferunt, pallidã intelligant, aut flauã (quanquàm ſepiùs pro pallida, quàm pro flaua, bilis nomen
Tex.14. vſurpari ſolet, vt teſtatur Galen. lib. 6. de morb. vulg. com. quinto) fortè quòd bilis pallida, naturalis magis ſit, quàm ea, quæ intenſè flaua eſt.

TEXTVS XXIX.

Qui autem vnum eſſe hominem dicunt, propterea videntur mihi in hanc ſententiam adducti, quòd cũ illorum

BIU Santé

lorum, qui ob nimias à medicamento epoto purgationes, interierunt, alios bilem, alios pituitam regerere vidissent, continuò, quod quisque viderat ab intereuntibus reiici, id demũ hominẽ esse statuisset. Non dissimili itidẽ ratione fræti, qui sanguinem esse hominẽ dicũt, ij, quoniam sanguinẽ ex iugulatis effluere cernũt, ideo hunc ipsum animã hominis esse arbitrãtur Atq. hęc sunt argumẽta, quibus ipsi in suis disputationibus vtuntur.

Vt Critias de quo vide Aristot. lib. 1. de ani.

Hæc

©BIU Santé

Hæc iſtorum ratio, ab his, quæ illorum quiſq. in ſuperpurgationibus obſeruauerat, ducta, tametſi leuior eſt, quã quę refutatione vlla egere videantur: ab ipſo tamen Hippocrate tribus deinceps ſequentibus ſententiis refutatur.

TEX. XXX.

Atenim in ipſis ſuperpurgationibus nemo adhuc interiit, qui bilem ſolam expurgaſſet. Verùm vbi quis medicamentum, quod bilẽ ducit, ebiberit, primùm quidem bilem egerit, mox pituitam, poſt bilem autem, deinceps atram bilem, & quidẽ per vim eiiciũt: ad extremũ verò tandem ſanguinem purum euomunt.

Senten

©BIU Santé

Sententia horum verborum eſt, neminem vnquam emori, vno tantùm de quatuor his humoribus expurgato: ac proinde falſò ſumpſiſſe iſtos, vnicum humorem in ſuperpurgationibus ad extremum vſque vitæ ſpiritum vacuari. Atqui iſta quidem tametſi prima ſpecie videntur pugnare cum ſententia quadrageſima, vbi Hippo. negat viuere poſſe hominem, ſi quis horum humorum, qui illi cognati ſunt, prorſus defecerit: revera tamen non pugnat: quandoquidem Hippo. in illa ſententia tantùm negat hominem vllum poſſe viuere, cui vnus de quatuor humoribus funditus ſit exhauſtus; in hac verò ſententia negat poſſe vnum de quatuor his humoribus ſolum funditus exhauriri, quin ſimul, & cæteri humores vacuentur: quaſi illud ſignificans humoris eius, qui ab initio in ſuperpurgationibus excernitur, reliquias aliquas perpetuò

ſudre

©BIU Santé

ſupereſſe, qui vnâ cum cæteris humoribus, quibus ad mixti ſunt, deinceps in progreſſu veniunt exhauriendi. Ex quo luce clarius apparet veteres illos medicos in ratiocinando hallucinatos fuiſſe, qui in ſuperpurgationibus vnum de quatuor humoribus ſolum ab initio vſq. ad extremum vitæ ſpiritum perpetuò vacuari ſibi perſuaderent, propterea quòd huic quidem ſanguinẽ in ſuperpurgationibus fortè obtigiſſet ſeparatum videre, illi pituitam, alij bilem flauam, alij demũ humorem melancholicum.

TEXTVS XXXI.

Eadem accidunt & medicamentis, quæ pituitã ducunt, aſſumptis: primùm ſiquidem pituitam vomunt, deinde bilem flauam, poſtatram,

©BIU Santé

tram, ad extremum verò ſanguinem purum, ex quo demum moriuntur.

IN hypercatharſi poſtquam humoris, qui medicamento purganti familiaris eſt, totus ferè fuerit euacuatus, mox ſubſequitur alter, qui vtiq. ad fluendum cæteris eſt paratior: hūc deinceps excipit is, qui minùs promptus ad obſequendum eſt: poſtremus tandē omniū ſanguis exernitur. Quippe qui vnus ex omnibus humoribus, naturæ noſtræ maximè familiaris ſit. Atq. hius quidē Hypercatharſeos cauſa triplex ſtatuitur à Galeno, vna quidem medicamenti demorſus, altera vaſorum, quæ ad ventrem pertinent, anaſtomoſis, poſtrema verò eorundem vaſorum imbecillitas. Euenire namq. hypercatharſes ſolent tum, cùm purgans medicamentum vſque adeò inualuit, vt & vaſorum ad ventrem

Li. 3. de ſim med. cap. 26. & 27.

©BIU Santé

trem pertinentium, oſcula morſu afficiat, ac ſine intermiſſione prorritet, & eadem inſigniter recludat (quorũ vtrumq. à vehementi medicamentorum vi, & acrimonia proficiſcitur) & deniq. vaſa ad continendum imbecilliora reddat, idque tum ob ingentem defatigationẽ (quam ſcilicet interea dum à purgante medicamento mordicarentur, ac veluti emulgerentur, contraxêre) tum ob intemperiem, quæ ex ſuperpurgationibus neceſſariò conſequitur. Quocumq. enim humore largiter vacuato, intemperiẽ protinus conſequi eſt neceſſe. Hæ ergo cauſæ ſunt, propter quas in ſuperpurgationibus poſt totũ ferè humorem medicamento familiarem priùs arte euacuatum, reliqui deinceps humores excernuntur. Cur autem ij, eo, quo dixi, ordine excernantur, tũ diſpar humorũ craſsitudo in cauſa eſt, tum maior, minor ve eorundem cũ natu-

©BIU Santé

natura noſtra familiaritas. Itaq. bilis, qua eſt tenuitate, ante cæteros humores excernitur, ab hac pituita, deinde humor melancholicus, ceu omnibus illis craſsior, tandem ſanguis, tanquã naturæ noſtræ familiariſsimus, omnium poſtremus excernitur.

TEXTVS. XXXII.

Medicamentũ enim, poſtquam in corpus ſubiit, primùm quidẽ educit id, quod ſibi maximè omnium eorũ, quæ in corpore inſunt, eſt cognatũ: deinde verò etiã alia extrahit, & purgat, nó aliter, quàm plantæ, ac ſemina terræ mandata: ineſt autem in terra, & acidum, & dul-

©BIU Santé

dulce,& amarũ, & ſalſum, & qualecũq. omnino aliud. Primum quidem ergo ad ſe ipſæ attrahũt plurimũ eius, quod naturæ ſuæ maximè affine eſt, deinceps verò etiã reliqua. Id ipſum quoq. faciunt in corpore medicamenta. Etenim quæ bilem ducunt, meraciſsimam primùm bilem purgant, deinde verò mixtam. Phlegmagoga itidem medicamenta meraciſsimam quidem primùm pituitam ducunt, poſtea verò mixtam. Iam ijs, qui

©BIU Santé

qui iugulãtur sanguis fluit, primùm quidem calidissimus, & maximè ruber, deinceps verò pituitosior, atq. bilioſior.

Quod paulò antea dixerat Hippocrates, in superpurgationibus primum quidem educi humorem eum, qui medicamento cuiq. maximè familiaris sit, postea verò reliquos, id verò appositissimo plantarum exẽplo breuiter demonstrat, quæ pari, consimiliq. qua medicamenta ipsa, vi, facultateq. tractrice, familiarem sibi, cognatumq. succum è terra attrahunt, & eliciunt. Neq. enim animalibus solùm, verum etiam & stirpibus quatuor sunt à natura insitæ facultates: quarum quidem prima id, quod amicũ conueniensq. sibi est attrahũt, altera retinent, tertia concoquunt, po

©BIU Santé

poſtrema tandem id, quod alienũ eſt ſeparant, & excernunt. Itaq. è ſtirpibus, hæ quidem acidum ſuccum ſibi naturæ ſponte attrahunt, illę dulcem, quædam amarum, nonnullæ ſalſum, aliæ, demum alium qualemcunq. Tota porrò attractricis huius facultatis vis, ex tacito quodam naturæ conſenſu, ac ſympathia pendet, quę vnicuiq. plantæ cum vnoquoq. ex his ſuccis intercedit: atq. iſta quidẽ ſympathia, cùm in temperamẽti ſimilitudine tota ferè cõſiſtat, nulla certè qualitate nobis ab Hippocrate aptiùs indicari potuit, quàm ſapore. Etenim quorũ ſapor gratus, amicusq. fuerit, horum etiam temperaturam maximè amicam, familiaremq. naturæ corporis alendi eſſe par eſt, ac proinde quoq. eadẽ facilima, paratiſsimaq. ad attrahendum fore. Quo circa rectè, commodiſsimeq. Hippocrates hîc de facultate iſta attractrice verba faciens ſapo-

©BIU Santé

saporum meminit, vt quorũ similitu
do similitudinem quoque tempera-
menti, mutuumq. proinde naturæ cõ
sensum præ cæteris qualitatibus ma-
ximè, præcipueq. testetur. Vt ergo plã
tę hæ, quarum partes dulci succo prę
stant, dulcem itidem è terra succum
appetunt, & alliciunt, perinde vt ama
rum, quæ amaræ, salsum, quæ salsæ,
acidum, quæ acidæ; ita etiam consen
taneum rationi videtur esse, vt hu-
mor is, quicũq. medicamento maxi-
mê sapore congruit, temperamenti
quoq. similitudine, sympathiaq. na-
turæ cum eodem maximè cõueniat,
ac proinde idoneus sit, qui ab eo ipso
medicamento præ cæteris humori-
bus attrahatur; velut à rhabarbaro
quidem, & absinthio bilis, à nitro pi-
tuita salsa. Quamquam non ignoro
complura eorum, quę pituitam pur-
gant, amarorem præse ferre, vt agari-
cum: cęterum meminisse nos opor-

©BIU Santé

tet in pleriſq. iſtorum partes ſubeſſe heter ogeneas, quarum aliæ aliarum ſapores obtundunt, miſcent, atq. conturbant, adeò, vt perpauca ſint medicamenta, quæ vnum humorem ſolũ attrahãt, & expurgent. Supereſt iam, vt quæſtionem aliam à quibuſdã hoc loco propoſitam explicemus, vtrùm eorũ catharcticum medicamẽtum in ventriculo commoretur, indeq. vi ſua ſuccos ad ventriculum alliciat: an verò, vt Ariſtoteli viſum fuit, medicamenti ſubſtantia vltrò ad eas vſq. partes peruadat, in quibus humores ipſi deliteſcunt. Quæ Ariſtotelis ſententia tametſi in quibuſdam medicamentis appareat probabilis, vt in thebentina, rhabarbariq. diluto, quorum alterum colore; alterũ odore in fectam poſtridie vrinam reddit, tamen id de toto genere medicamentorum vix quiſquam crediderit, præſertim in his, quæ tam exigua ſumuntur,

Lib. 1. proble. 43.

©BIU Santé

tur mole, vt incredibile sit, in tã mul tas partes corpris ea posse distribui, & vt possint, minùs certè viriũ habitura sint, quàm quæ humores tam variè, tamq. multifariam dispersos sigillatim possint elicere. Itaq. eorum sentẽtiam probabiliorem iudico, qui è catharcticis medicamentis, dum in actum, energiamq. à calore natiuo in ventriculo reuocantur, vapores quosdam suscitari aiunt, qui deinceps per vasa in omnes partes corporis diffusi, eadem illa attrahendi facultate, quã à medicamento traxére, humores à partibus singulis eliciant, eosdẽq. versus reliquias eas medicamenti, quę circa ventriculum hæserunt, sympathię vi trahentes ad hunc ipsum ventriculum manuducant. Atque huius quidem sympathiæ (per quam medicamenta diximus suum quemque humorem attrahere familiarem).

©BIU Santé

vis, natura que tota in certa quadam totius ſubſtantiæ ſimilitudine ſita eſt. Vtrum verò hæc ſubſtantiæ, ſimilitudo ad vnius temperamenti ſimilitudinẽ tota (vt Galeno placuit) referenda ſit, an verò præter hanc, cę leſtis quoq. virtus ambobus communis adiungi debeat, quæ huius, vel illius medicamenti, aliarum ve quarũ cumq. rerũ temperamẽto ſingulatim accommodata, variam illis, pro varia temperamenti differentia, vim, & proprietatem ingeneret, huic quidẽ attrahendi bilem, illi pituitã, magna quæſtio eſt: de qua aliquando fortè copioſiùs. Nunc id ſatis ſit dixiſſe, veriſimile videri, præter temperamenti ſimilitudinem, vim etiam quandam cę leſtem, eamq. ambobus, & ei, quod attrahit, & ei, quod attrahitur communem accedere oportere, atq. ita demũ ab vtraq. harum cauſarum vim illã dimanare, per quam hoc quidem me dica-

Lib. 1. de ſimp. med. facul. cap. 24. 25. lib. 5. ſimpl. cap. 16.

©BIU Santé

dicamentum hunc humorē attrahat, illud alium, perinde vt ſuccinum paleas,& magnes ferrum. Cuius rei fidē facere poteſt, quòd ferrum cum magnete non ſolùm temperamenti elementaris ſimilitudine, affinitateq. videmus congruere, verùm etiam vni eidemq. ſideri ambo eſſe ſubiecta: vt conſentaneum rationi ſit, ab eodem ſidere vnam communemq. ambobus cæleſtem vim iam inde à prima origine deriuatam, impertitamq. fuiſſe: quæ tamen ipſa in magnete efficacior, quàm in ferro ſit, eoq. fieri, vt hoc ab illo potiùs, quàm ab hoc illud attrahatur,

TEXTVS XXXIII.

Augeſcit in homine pituita hyeme: hęc namq. vna eorum, quæ in corpore inſunt, maximè naturæ affini

©BIU Santé

tate cum hyeme congruit: frigidiſsima enim eſt. Frigidiſsimam porrò eam eſſe, id argumẽto eſt, quòd ſi & pituitã, & bilem, ſanguinẽq. libuerit contingere, pituitã certè omnium frigidiſsimã offendes: quamuis ipſa per quàm glutinoſa ſit, difficilimeq. ſecundùm bilem atrã, maximeq. violenter educatur, quæ verò vi ægreq. educuntur, calidiora ea ob violentam agitationẽ euadant: at quamuis hæc omnia ita ſint, tamẽ pituita ſuapte natura

©BIU Santé

tura nobis apparet frigidiſſima. Quòd autem hyems corpus pituita impleat, hinc cognoſces quòd homines excreant, & emũgunt hyemepituitoſiſsima: quodq. tumores albi hoc anni tempore potiſsimũ, cæteriq. morbi itidem pituitoſi illis exoriuntur.

Cùm ſupra recepiſſet Hippocrates ſigna cauſasq. allaturum eſſe ſe, propter quas elementa, quæ ipſe eſſet deinceps poſiturus, modò augeantur in corpore, interdum minuãtur, idcirco inſtituti ſui non oblitus, poſteà quàm quatuor humores (quos ipſe ſtatuit propria, ac ſecunda humani corporis elementa) & plures vno eſſe

©BIU Santé

eſſe docuit,& à ſe mutuò forma, viri busq. differre;eoſdemq. præterea in corpore perpetuò reperiri:id iam demum,quòd reliquum erat,docet,quo anni tempore ſcilicet vnusquiſq. ex his quatuor humoribus augeatur,minuatur ve potiſsimùm,quibusq. indiciis vtrumuis horumpoſsimus diguoſcere:& quę demũ ſint tũ incrementi humorum, tum decrementi cauſæ.

Pituitam ergo Hippocrates (quã ſupra hyeme redundare dixerat) hîc non ob aliam cauſam eo tempore dicit redundare, quàm quòd hoc anni tempus huic humori ſimile temperamento ſit.Aer ſiquidem per hyemẽ, frigidus,humidusq. cùm ſit, non poteſt non humorem itidem frigidum, humidumq. largiùs procreaſſe.Talis eſt pituita: quam quidem,vel maximè frigidam eſſe eo oſtendit argumento,quòd ſi eam è corpore excretam tetigeris, frigidiſsimam ſentias:

quam-

©BIU Santé

quamuis propter violentam illam, qua educitur, extractionem, calefieri interim debuisset. Quòd autem pituita hyeme redundet, his signis facile explorari posse dicit: primùm, quòd excrementa ea quæ naribus reiiciuntur pituitosissima hyeme appareant: id est, colore quidem alba, temperamento verò tũ frigida, tum humida. Deinde quòd tumores albi, pluresq. alij morbi pituitosi eo tempore frequentes oriantur. Tales sunt febres quotidianæ: talis etiam apoplexia à pituita cerebrum opplente solita per hyemem oboriri. Hyemis autem, cæterorumq. anni temporum ratio ex vario siderum ortu occasuq. sic ab Hippocrate distribuitur, vt ver ab æquinoctio verno (quod hodie paulò post Martias Idus incidit) vsq. ad virgiliarum ortum producatur: Qui quidem ortus nobis Clima quintum incolentibus, circiter vicessimum

Quatuor anni temporum distinctio secũdũ Hippo. & Gal. Vide Galen. aph. 14. lib. 3.

©BIU Santé

simum octauum Aprilis diem contin
git. Hinc orsa æstas ad Arcturi ortum
terminatur: quod quidē sydus initio
Septembris, duodecim nimirum die
bus ante autumnale Aequinoctium
exoritur. Ab Arcturi porrò ortu au-
tumnus incipit, atq. ad virgiliarū oc-
casum protrahitur. Qui quidē occa-
sus hodie nobis vndecimo, nisallor,
Nouembris die incidit. Hinc demū
orsa hyems ad æquinoctium vernū
prorogatur: quod erat initium id,
vnde ver paulo ante dixeram in-
cohare. Ex quo apparet quatuor anni
tempora haudquaquam pari men-
sium numero definiri: sed variis po-
tiùs temperaturis aëris ab Hippocra
te distingui. Hyems siquidem humi-
ditate frigoreq. præcellit; æstas con
tra calore siccitateq. ver autem inter
vtramq. vt ordine, ita & temperamē
to omnino medium est, siue (vt cum
Hippocrate loquamur) calidum hu-
midumq.

©BIU Santé

midumq. In autumno verò inæqualis est aeris temperies, per quam manè quidem prepollet frigus, sub meridiem calor, quem rursus ad vesperã frigus excipit: verum tamen in eo & siccitas humiditati, & calori frigus antecellit, idq. nõ sine dispari inequabiliq. aëris temperie. Cæteras verò partes, in quas æstas, hyemsq. deinceps ab Hippocrate subdiuiduntur, consultò hîc prætermitto, propterea quòd tam accurata, tamq. subtili partiũ anni distributione nihil est opus hîc ad eam rem, de qua agimus.

TEXTVS XXXIIII.

Vere autẽ pituita adhuc viget in corpore, & sanguis augetur. Nam & frigora remittuntur, & pluuiæ succedunt, atq. tum ex imbribus, tum ob dierum calorem sanguis

©BIU Santé

guis inaugetur. Hæ etenim anni tempeſtates maximè ſunt naturę ſanguinis accō modatæ: quippe qui calidus & humidus eſt. Id porrò his indiciis cognoſces, quòd homines Vere æſtate cruentis deiectionibus corripiūtur: ſanguisq. illis de naribus profluit, & calidiſſimi, rubicūdiſſimiq. ſunt.

Quemadmodum ſupra Hippocrates, cùm dixiſſet pituitam hyeme redundare, & ſuis id indiciis confirmauit & cauſam, propter quam id fieret, appoſuit: ita etiam hoc loco, & ſanguinem Vere redundare certis indiciis

©BIU Santé

ciis oſtendit:& cauſam cur redundet exponit.Ac cauſam quidem cur Vere præcipuè redundet ſanguis, eam demum eſſe dicit,quòd eo tempore aër calido humidoq. ſit, perinde vt ſanguis,temperamento. Quòd verò ad indicia attinet,primo quidem loco id ab Hippocrate recenſetur, quòd eo tempore cruentæ dyſenteriæ frequenter eueniunt: deinde quòd ſanguis tunc è naribus profluit: poſtremò quòd homines calidiſsimi,rubicundiſsimiq. apparent.

Dictum autem eſt in primo de temperamentis lib. rectiùs temperatum ver dici, quàm calidum, & humidũ.

Ver calidum & humidũ dicitur lib. 1. de dicta Aph 6. lib. 3. lib. de diffini tio. medicis.

GALENVS eo libro docet Veri magnam fieri injuriam ab his, qui calidum humidumq. temperamentũ illi tribuũt,eoq; tale aëris tẽperamẽtũ maximê omnium peſtiferum, & ad

Vbi ver adoleſcẽtiæ cõparatur.

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 273 sur 343

©BIU Santé

luem,corruptelâq. paratiſsimum ſit. Itaq.ſi abſolutè de Vere loquendum ſit, potiùs debere illud dici tempera tum:quamquam ſi ad reliqua tempo ra,præſertimq. ad autumnum comparetur, non alienum fuerit ver calidum humidumq. nuncupare. Vt enim hyemi,frigidæ alioqui & humidæ,æſtatem ex aduerſo,tanquam calidam ſiccam q. opponimus: ita conſentaneum rationi videtur eſſe,vt autumno, in quo frigus cum ſiccitate aliquâtulum præcellit,ver ipſum ex aduerſo itidem opponamus,tâquam calidum humidumq, illud comparatione autumni ſtatuentes. Non aliter ergo ſanguis, quâuis abſolutè ac per ſe ipſe conſideratus,temperatiſsimus
Text 36. à Galeno in com.dictus ſit, tamen is ad reliquos humores,præſertimq. ad melancholicum,cui præcipuè aduerſatur, comparatus,non malè calidus humiduſq.dicetur:qualis,& ab Hippocra-

©BIU Santé

potrate hîc, & à Gal. libris de differentiis,& cauſis morborũ dictus fuit. Cap. 22 Cap. 4.

Quin etiam ſi ſanguinem ipſum per ſe ac ſeorſum conſideremus,non erit nefas eum, vnâ cum Galeno, vel calidiſsimum ſtatuere,tanquam qui calore natiuo(qui ipſe alioqui temperatus eſt)plurimum abundet. Quo etiam modo Ver, vel perſe etiam ipſum conſideratũ licebit abſolutè calidum appellare,præſertim cùm ea, quæ temperata ſunt,caliditatẽ,humiditatemq. moderatam à Galeno dicãtur obtinere. Sanguis ergo tã is,qui vnus de quatuor humoribꝰ eſt,quàm qui ex eiſdem eſt confuſus,à ſe quidẽ ipſe tepido calore à natura eſt prædi tus:at verò caloris eius,quem à corde mutuatur,beneficio fit,vt idem vltrò euadat calidiſsimus.Hac(ni fallor)ratione haud difficile fuerit nobis hos, aliosq.pleroſq.Galeni locos concilia re,qui ſecum ipſi pugnare prima ſpe Lib. 4. ſimp. me ca. 4 & l. 4. c. 2.

©BIU Santé

cie videntur: quiq, pleriſq. interpræ tibus non leue negotium exhibue- runt. Ergo vt ad Hippocratis ſenten tiam redeamus. Cùm aer verno tem pore ſimilis ſit ſanguinis temperamē to, conſentaneum rationi eſt, vt ſan- guis eo tempore plurimus redundet, & morbi ex ſanguinis copia oriri ſo liti frequentes eo tēpore proueniāt.

Li. 3. de ſympt. cauſ. c 2. Hip. li. 4. de ar ticu. 1

Talis eſt de quatuor Dyſenteriæ dif- ferētiis à Galeno comemoratis, illa, quæ cruenta cognominatur, his vtiq. oboriri ſolita, quibus membrum ali quod amputatum fuit: quique ad de ſidiam, vitæque luxum repente ſe to- tos traduxerunt. Quòd ſi obiicias ple roſque morbos ab aliis humoribus, quàm à ſanguine oriundos, veris tem pore frequentes incidere, veluti qui

Apho. 24.

ab Hippo. lib. 3. aph. referuntur, ma- nia, melancholia, epilepſia, lepra, im petigo, vitiligo, puſtulæ hulceroſæ, atque tubercula. Reſpondemus ver-

nullum

©BIU Santé

nullum ex his morbis, perſe ac vi ſua procreare; illud verò, dum humores altè abditos foras ad cutem euocat, aut aliter eos vtcumque commouet, & ſolicitat, ſi quando corpus offenderit prauis humoribus refertum, tum demum hos, quos retulimus, morbos excitare: quãuis ver ipſum perſe prauos humores haudquaquam gignit (Quippe quod ab Hippo. omniũ anni temporum ſaluberrimum iure habitum ſit) nec vllum alium humorẽ vi ſua creat, augetve prẽter ſanguinem, qui omnium alioqui humorum mitiſsimus eſt, naturæq. noſtræ maximè familiaris. Aph. 9. lib. 3.

Conſeruit autem cum vere æſtatem.

HIC Galeni locus prætereà quòd á ſe ipſe ſubobſcurus eſt, obſcurior vltrò redditus eſt ab interprete. Eius autem ſententia eſt Hippocra-

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 277 sur 343

©BIU Santé

pocratẽ hoc loco, cũm inter indicia ea, à quibus ſanguis Vere redundare ind catur, & dyſenteria, & ruborem, caloremq. in ſummo corpore adauctum retuliſſet, non ſine ratione Veri æſtatem adiunxiſſe, vt quæ etiam eorundem iſtorum æque ac Ver ipſum cauſa ſit, quamuis diuerſa ratione: Ver ſiquidẽ ob largum ſanguinis prouentum præcipuè iſta in corpore efficit: eſtas verò propter calorem circumfuſi aeris immodicum, efferueſcente vtique per æſtatẽ eo, qui Vere copioſior prouenerat, ſanguine, eodemq. foras erumpente.

TEXTVS. XXXV.

AEſtate autem ſanguis adhuc viget, & bilis ſuccreſcit, prouehiturque vſque ad autumnum: Autũno verò ſanguis imminuitur: propterea

pterea quòd huius naturæ eſt ille contrarius. Bilis autẽ ipſa & æſtatis & autumni tempore corpus occupat: quod inde tibi perſpectum eſſe poterit, quia vtroque hoc anni tempore homines bilem ſponte vomunt: atque ab epotis catharcticis medicamentis bilioſa excernunt. Perſpicuum id ipſum eſt etiam ex febribus, & ex coloribus ijs, qui in habitu corporis apparent. Pituita autem æſtiuo tempore imbecillior euadit, propterea

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 279 sur 343

©BIU Santé

quòd tẽpus id, calidum ſic cumque cùm ſit, illius naturæ aduerſatur.

SANGVIS, qui Vere auctus fuerat, æſtate ineunte copioſus adhuc manet, vt qui nondum ab ambientis aeris calore diſcuſſus ſit: increſcit autem bilis eo tẽpore, propterea quòd corpus etiam præterm odum incaleſcit. Id autem tum ex ipſis excretionibus confirmat, tum ex morbis, tum ex ipſo denique colore. Nam excretiones quidem, quæ eo tempore naturæ ſponte, aut medicamenti purgantis vi fiunt, omnes apparent bilioſiores, nõ ſecus, quàm morbi ij, qui æſtate exoriri, ac vigere ſolẽt, de quibus Hipp. lib. 3 apho. Aph. 21. Quod vero ad colorem cutis attinet, non ita certa ex eo capitur de præpollente humore coniectura. Quamuis enim color ferè talis appareat, qualis eſt humor is, qui in cor

pore

©BIU Santé

pore præcellit, vt teſtatur Hipp. lib. de humoribus & Gal. in cõmentario in apho. 2. lib. 1. & li. 4. de ſanit. tue. nõ eſt tamen id omnino certum, neque perpetuum humoris in corpore redundantis indicium. Nam, vt omittã varios tum animi, tum corporis motus, per quos humores vltrò, citrò que remeantes, varijs coloribus corpus ſuffundunt, æſtatis certè tempore cutis color modò flauior apparet, ſicut hoc loco Hipp. innuit, interdũ rubicundior, ſicut ſuperiori ſententia ſignificauerat: diſpari nimirum ratione vtrumque. Rubeſcit namque faciei cutis æſtate, à ſanguine vi caloris foras erumpente: flaueſcit autem, quando tanta bilis flauæ copia per æſtatem ſuccreuit, vt faciem ſuo colore poſsit inficere. In principio.

Bilis autem ipſa & æſtatis & autumni tempore

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 281 sur 343

©BIU Santé

corpus occupat.

Bilis, quæ æſtate augeri dicta eſt, autumno etiam redundat: redundat autem non ſolùm quatenus autumnus inter initia ſimilem æſtati temperaturam retinet, verum etiam quia autumnus ſuo frigore bilem, quã ab æſtate excepit, in intimum corpus abdit, & colligit: neque eam foras diſſipari patitur. Quo circa Hipp. Apho. 21. lib. 3. plurimos etiam ex morbis æſtiuis autũno ſolitos exoriri retulit.

TEXTVS XXXVI.

Autumno ſanguis pauciſsimus prouenit in homine: propterea quòd autumnus ſiccus eſt, & refrigerare iam hominẽ incipit. Verum atra bilis autumno tũ pluri-

©BIU Santé

plurima eſt, tum viribus potentiſsima.

Quod in tribus tum temporibus anni, tum humoribus fecerat Hippocrates, id ipſum nunc in poſtremo tũ anni tempore, tum humore facit: docetq. autumni tempore, frigido alioqui, & ſicco, ſanguinem quidem per paucum prouenire, vt cuius naturæ (quæ calida humidaque eſt) autũnus aduerſetur: humorem autem melancholicum, qui, perinde vt autumnus, frigidus ſiccusque eſt, & copioſiſsimum eo tempore prouenire, & potẽtiſsimum. Quo loco Hipp. illud tanquàm exploratum ratumque ſtatuit, autumnum ſcilicet frigidum ac ſiccũ eſſe: de quo tamen à quibuſdam ambigitur, qui quantuis illum propter eũ, qui ex æſtiuis ardoribus remanſit, ſqualloremſiccum eſſe fateantur, frigidum tamen negant eſſe: illum verò potuis

©BIU Santé

potiùs in frigore caloreq. mediocri tatem tenêre contendunt. Cuius sententiæ author fuit Auicēna. Quam illius opinionem nonnulli eo confirmāt argumēto, quòd Sol æquè autūno à nobis distat ac Vere, ac proinde autumnum cōtendunt nihilo esse minùs temperatum, quàm ver. Reuera tamen illud experientia comprobatum est, autumnum inæqualiter penes calorem, & frigus affectum esse sic, vt frigus quidem manè, calor meridie, ad vesperā rursus frigus præpolleat. Quo fit, vt quoniam longiori tempore frigus viget, frigidior itidem autumnus, & quidem inæqualiter statuēdus sit. Hanc porrò illius inæqualitatem significauit Hipp. cùm dixit, in temporibus, quādo eadem die modò calor, modò frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. Causa autem cur autumnus Vere frigidior sit, etiam si Sol vtroq. tēpore pari distet

Ferrar. doctrina 2. cap. 3.

Aph. 4. lib. 3.

©BIU Santé

ſtet à nobis interuallo, perquàm abdita eſt: ſunt, qui hanc huius rei rationem reddant, quòd cùm aer eo tempore ab eſtiuo calore plurimùm attenuatus ſit, ac proinde ad vehementiores alterationes ſuſcipiendas multò paratior, idcirco inſigniùs, validiusq. ab ingruente iam frigore refrigeratur. At veris tẽpore, quo craſsior ex hyeme præterita aer remanet, hoc ægriùs obſcuriùs leuiusq. ab aduentãte calore incaleſcit: quo fit, vt veris tẽpore aer diutiùs, conſtantiusq. quàm autumno, temperaturæ ſuæ mediocritatem retineat. Accedit huc, quòd nec ita facile aer à matutinis, veſpertinisq. frigoribus veris tempore refrigeretur, nec à ſole meridiano æquè caleſiat, vt autumno.

Qui meritò eiuſmodi eua ſit, propterea quod &c.

HIC

©BIU Santé

HIC illud à nonnullis in quæstionem vocatur, num. Hipp. hoc loco de bile etiam naturali agat, an verò (vt videtur nonnullis Galenus hic significasse) de præternaturali: quę scilicet ex humorum vstione per æstiuum calorem facta procreatur Equidem Hipp. hîc vt & toto libro hoc, de humoribus quatuor, tanquam de elementis corporis humani eiusdem naturæ cognatis agere, vel ex his, quę diximus, satis perspicuum esse arbitror. Quod si ita est, profectò atrę bilis nomine hoc loco naturalem esse inaudiendam liquet. Naturalem autem interpretor, non eam modò, quæ ex crassiori, sicciori que alimenti parte in iecore bene tẽperato prouenit: verum eam etiam, quæ ex sanguine per iuuentutis, vel æstatis feruorem vsto procreatur. Cùm enim veraque harum caussarum naturalis sit, non alienum à ratione est, humorem

©BIU Santé

rem quoque, qui ab illis procreatur, naturalem censere. Est autem hoc bilis atræ genus terrestre illud sedimẽtum, quod ex deustis humoribus frigidum siccumque remansit: frigidum quidem, ob extinctum calorem, siccũ verò, propterea quòd eius humor totus, interea dum torreretur, consumptus fuit.

TEXTVS XXXVII.

Ineunte hyeme bilis refrigescit, & pauca prouenit: pituita verò vicissim augetur, idque tum à pluuiarum copia, tum à noctium longitudine.

CVM instituisset Hipp. docere, qui in quoque anni tempore humores potissimum redundarent, qui contra minuerentur, id que supra in hyeme

©BIU Santé

me cæpisset exponere, nec perfeciſſet tamen: idcirco iam hoc loco, vt id, quod docere cæperat, absolueret, subdit, non solùm pituitâ hyeme (quod & antea indicauerat) inaugeri, verũ etiã causam, cur augeatur, accuratiùs exponit: additque bilem eodem tempore plurimum tum de viribus suis remittere, tum de copia. Ac ratio quidem, propter quam bilis hyeme minuitur, non alia est, quàm quòd aer hybernus huic humori ambabus qualitatibus aduersatur. Causa contrà, cur pituita hyeme inualescat, ea demũ est, quòd hybernus aer vtraque sua qualitate pituitę sit aſsimilis: Quarum quidem qualitatum alteram, nimirum humiditatem, ob pluuiarum copiam hyeme vigere: alteram vetò, nempe frigus, ob noctium longitudinem præpollére tradit.

Si quidem caloris, quo præditur

©BIU Santé

ditus eſt ambiens aer æſtate, author eſt Sol, qui tunc aſcendit propè ſupra verticem noſtrum: & diem lõgiorẽ facit.

AERIS ipſius mutationes, tempeſtateſque variæ, quantam in noſtris corporibus immutandi vim habeant in vtramque partem, teſtis eſt Hipp. tum lib. de flatibus, tum lib. 3. aph. alibique perſæpè. Nullum verò ſydus toto cælo eſt, quod æquè aerẽ immutet, quodque eum, vel acceſſu ſuo adeò calefaciat, vel receſſu contra refrigeret, vt Sol. Quo fit, vt hyeme, quandiu ſcilicet Sol in his Zodiaci ſignis, quæ à noſtro vertice lõgiùs diſtant, verſatur, debiliùs nos, quàm reliquis anni temporibus calefaciat: id que duplici de cauſa, tum quoniã hyberno tempore Solis radij tãto ad nos debiliores demittuntur, quanto

©BIU Santé

obliquiores: tum etiam quòd id tem
poris Sol minùs diu fertur ſupra no
ſtrum Horizontem: quo fit, vt dies ij
(quos artificiales vocant, quique So-
lis ortu occaſuque circumſcribũtur)
multo ſint per hyemem noctibus cõ
tractiores. Enimverò illud ab Aſtro
nomis didicimus Solem toto eo tem
pore ſemeſtri, quo à primo pũcto Ca
pricorni vſque ad primum punctũ
Cancri per Arietem aſcendit, cẽtũ oc
tuaginta duos deſcribere parallelos,
ſingulis nimirũ diebus ſingulos: eun
demq. rurſus reliquis ſex menſibus,
dum à Cancro ad Capricornum re-
greditur, eoſdem iteratò conficere:
vno præterea communi addito, qui
vnâ cum cæteris, trecentos ſeſaginta
quinque expleat parallelos, totidem
videlicet anni diebus reſpondentes.
Ex horum ergo parallelorum nume
ro æquinoctialem circulum eſſe con
ſtat: qui bis quotannis à Sole deſcribi
tur

©BIU Santé

tur,ſemel quidem in æquinoctio ver no,tum iterum in autumnali. Porrò cùm ex omnibus parallelis, vnus hic æquinoctialis circulus ab obliquo quocunque Horizonte,qualis eſt iſte noſter,in duas æquales medietates di uidatur, reliqui verò omnes ab eodem Horizõte in duos arcus ſegmẽtaue inæqualia interſecentur, eo fit, vt bis in anno ſolùm nobis dies ſint noctibus æquales,reliquo verò anno inęquales, & quidem ita,vt quoniam Sol toto tempore hyberno auſtralia ſigna (quæ à nobis alioqui remotiora ſunt)peragrat, id circo & eorum parallelorum,qui hyberno tempore à diurna Solis cõuerſione deſcribũtur,ſegmenta ea,quæ ſupra Horizontem noſtrum extãt,breuiora ſint ijs, quæ infra eundem latent; ac proinde & dies quoque noctibus contractiores. Quare cùm aer hyeme propter Solis quidem receſſum frigidior,pro

©BIU Santé

pter pluuiarum autem copiam humidior euadat, par est, vt hyeme & corpora animalium frigore, humiditate que potissimùm afficiantur, & pituita (cuius temperamentum similiter frigidum humidumque est) eo præcipuè tempore redundet. Eadem verè ratio est in reliquis tum temporibus anni, tum humoribus ineunda.

Ac magis quæras, quod huius libri interpretes præterierunt.

Aph 15. lib. 1. CONTRA ea, quæ hactenus de hyeme dicta sunt, Gal. aphorismum illum Hipp. obijci posse ait, cuius verba sunt. Ventres hyeme, & Vere naturâ calidissimi sunt, & somni longissimi, quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus est, vnde & pluribus egent alimentis: indicio sunt ætates & athletæ. Consentaneum

©BIU Santé

neum namque videtur esse, vt quanto plus caloris natiui viget hyeme, coctioque alimenti copiosior fit, tanto plus etiam eo tempore redundet sanguis, quàm pituita. Quippe cùm exploratum illud sit, ex alimento bene in iecore confecto sanguinem procreari. Hanc ergo dubitationem explicaturus Gal. primum quidē, quod ab Hipp. dicitur, ventres hyeme calidissimos naturà esse, sic interpretatur, quasi eos calore naturali calidissimos velit esse, hoc est, temperatissimos: neque tamen propterea id obstare, quo minus partes ipsæ corporis hyeme perfrigerentur: quinimo & ventrem etiam ipsum plerisque perfrigerari, alijs quidē, dum iter faciūt, alijs ob vestium inopiam, alijs propter vitæ genus, aut aliam quācumq. occasionem eiusmodi. Ipsius quidem certè aeris ambientis frigus, quàm penitissimè potest, in corpus subit, atq.

©BIU Santé

peruadit, quibuſdam verò ad ventris etiam loca, vt dictum eſt, penetrat. Quin etiam quamuis cibi ſumpti bellè ſint in ventriculo concocti: tamen illud non rarò accidit, vt per alterã illam coctionem, quæ in iecore fit, cibi minùs exactam ſanguinis formã, cultumque ſuſcipiant, illi verò, quaſi fruſtrati coctione, inelaborati tandem maneant, & incocti: vnde pituitam, quæ quaſi ſanguis imperfectus eſt, oportet copioſiorem prouenire. Adhæc totius corporis venæ per hyemẽ non æque, atquè antea ſanguinem tranſmutant atque conficiunt. Quo fit, vt ſanguis eo tempore euadat pituitoſior. Huc etiã accedit illa alia à victus ratione cauſa, quòd hyeme tum copioſioribus alimentis veſcimur, tum pituitoſioribus: nam & multa tum legumina eſitamus, & panis etiam multo plus eo tempore ingerimus: ad hęc & ſimilagine, vt Ga-

lenus

©BIU Santé

lenus ait,& placentis, & cochleis,& bulbis,& caſeo,& oleribus,& rapa ſatiua,carnibuſq ,tum agninis frequenter hyeme veſcimur,tum ſuillis:vt interim taceã vini noui potiones. Quorum vſus non paruam pituitæ copiã cõgerit,niſi probè præſertim illa ſint cõcocta.Itaque hyberni temporis frigus,tametſi, dum calorẽ natiuum intrò ad ventrem reuocat,his quidem, qui quadrato ſunt habitu , caloreque multo præſtant,in cauſa eſt,cur venter calidiſsimus naturâ ſit, proindeque & coctio in eo plurimum hyberno tempore vigeat : idem tamen frigus,cùm à ſe,ac viſua refrigerãdi corporis vim habeat,quòcumq; tandem peruaſerit, in cauſa erit,cur inibi & calor natiuus minor, & coctio imbecillior ſit : ex quo non poteſt non pituita copioſior prouenire. Itaque cùm nemo ſit,cui venæ,quæ in habitum corporis diducuntur,hyeme nõ

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 295 sur 343

©BIU Santé

refrigerentur, ſanguinemque proinde minùs exactè conficiant, plerique autem ſint, quibus hybernum frigus ad iecur vſque peruadit, præſertim ijs, quibus parũ vel carnium, vel ſanguinis, caloriſque ſuppetit: eo fit, vt per hyemem pituitæ copia in venis quidem totius corporis, nemini non proueniat: in iecore verò non paucis, & quidem eò magis, quòd eo tempore & copioſioribus, vti dixi, alimentis vtimur, & pituitoſioribus.

TEXTVS XXXVIII.

Atque hæc quidem omnia hominis corpus perpetuò continet; verum tamen pro anni tempore inſtante ſingula modò augentur, interdum minuuntur, id què pro parte, & pro natura.

Tan-

©BIU Santé

Tanquam per epilogum, colligit duo illa capita à ſe hactenus expoſita: quorum alterum eſt, humores perpetuò in homine contineri, ceu naturæ eius maximè cognatos, alterũ eoſdẽ modò copioſiores in corpore prouenire, interdũ pauciores: atq. id ipſum pro parte, et pro natura fieri dicit: quorũ verborũ ſenſum ambiguũ eſſe teſtatur Galenus. Itaq. quoſda eſſe ex interpretibus, qui illud [pro parte] de partibus corporis interpretentur, illud verò [prò natura], de ipſis anni tẽporibus: Quippe pituitam non ſolũ hyeme copioſiorem, quàm reliquis temporibus anni, prouenire, verùm etiam in cerebro plus, quàm in partibus cæteris redundare. Nonnullos verò alios interpretes eſſe, qui illud [pro parte] tanquam ei, quod pro natura, ab Hippocrate oppoſitum interpretẽtur, perinde quaſi ſignificauerit Hip. humores non ſolùm pro anni tempo

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 297 sur 343

©BIU Santé

ribus ſecundùm naturam ſibi deinceps ſuccedentibus, modò augeri, tũ minui: verùm & pro partibus anni quibuſcũq. à ſuo etiam naturali temperamento degenerantibus. Veluti ſi annum, vel totum, vel magna ex parte frigidũ, humidũq. cõtingat eſſe, cõſentaneũ certè eſt, vt toto ferè anno redũdet pituita, idq. non pro natura, naturaliue quatuor anni tẽporũ conſtitutione: ſed pro partiũ anni, ideſt, tempeſtatũ aliena à natura varietate.

TEXTVS XXXIX.

NAM vt annus totus omnium particeps eſt, ſcilicet calidi, frigidi, humidi, & ſicci: neque enim vllum horum ſine his omnibus, quæ in hoc mũdo ſunt, ſtare, ne momento quidem tempo-

ris

©BIU Santé

ris poteſt: quinimo ſi vnum ex his deſit, vniuerſa diſpereant. Si quidem omnia ex vna, eademq. neceſsitate cõſtiterunt, aluntur que ex ſe ipſis mutuò.

Videtur hic Hipp. demonſtrare, id quod ſuprà ſignificauerat, hominem eatenus viuere, quoad vnus de quatuor humoribus, qui vtique cognati ſunt illi, prorſus deperierit. Id autem demonſtrat ex analogia ea, quæ eſt inter ipſa elementa anni, mũdiq. communia, & elementa altera humani corporis propria. Vt ergo (inquit) conſtare annus non poſſet, niſi quatuor illis calido, frigido, humido, & ſicco participaret: ita neque corpus humanũ poſſet viuere, ſi quod eorũ, quæ eiuſdem elementa propria illiq.

©BIU Santé

illiq. cognata sunt prorsus deficeret, sanguis, inquã, pituita, ac bilis alteru. tra. Quòd autẽ ann° sine quatuor illis cõstare non possit, eo cõfirmat argumento, quòd nulla res est in hoc mũdo genita, quæ possit sine his vel momento temporis durare. Quinimo si vnum ex illis abesset, necessariò omnia simul essent peritura: quandoquidem vno ex elementis penitus sublato, necesse est ea, quæ ex illo constãt, interire. Veluti si calidum elementũ de medio tollatur, & humidũ necessariò concrescet ob caloris inopiam: neq. Sol, vllaue plãta, acproinde neq. animal omnino vllum erit superstes. Itidem si frigidum elemẽtum pereat, vniuersa, vt Galenus ait, ignis erunt. Atq. ita demum fiet, vt cuncta, quæ in mundo sunt, genita corpora simul intereant.

Siquidem omnia ex vna eadem

©BIU Santé

eadem que neceſsitate conſtiterunt: aluntur que ex ſe ipſis mutuò.

Duæ ſunt, quæ vniuerſum hunc mundum ſuſtinent, neceſſarię rerũ omnium cauſæ, hæque (vt pleriſque è veteribus Philoſophis viſum fuit) æternæ, altera quidem efficiens, ipſa ſcilicet cæli cõuerſio, tũ diurna, quæ motus raptus dicitur, firmamenti vti que ipſius propria, tum ea, quæ diuerſitatis motus appellatur; quę propria eſt orbium inferiorũ: per quam quidem planetę ab occaſu ad ortum ſub Zodiaco circumaguntur. Per has ergo cæli conuerſiones fit, vt ſydera modò hunc ſiue ſitum, ſiue aſpectum teneant, modò illũ. Hinc ille tam admirabilis ſyderũ ordo, hinc etiã illa tam ſalutaris, tam que neceſſaria inferiori huic mũdo gubernandó, temporum vicisſitudo, per quam quędam,

quę

©BIU Santé

quæ iam interierant, renaſcũtur, aliis interim in iſta ipſa tranſmutatis, atq. conuerſis. Quem quidem viciſſitudinis orbem perpetuò ipſa interſe ſeruant elementa. Nam & aëris partem ſibi proximam ignis ſuis qualitatibus immutans, tandem in ſuam naturam conuertit, ex cuius conuerſione regeneratus ignis & ali, & augeri dicitur: viciſſimq. ignis ipſius pars, quæ aeri contigua eſt, poſtea quàm ab hoc eodem alterata, atq. in aerem transformata eſt, iam tum aeri regenerando materiã ſuggerit: vnde & aerẽ quoq. ali, atq. augeri licet cum Hippo. dicere. Cur autem iſta elementorum ipſorum interſe mutua trâſmutatio, eorũdemque ex ſe inuicem & regenerandorum, & alendorum viciſſitudo neceſſaria perpetuaq. ſit, duplex cauſa eſt: altera quidem ipſius cęli conuerſio, diſparesque tum acceſſus ſyderũ, tum receſſus, per quos fit, vt modò calidum

©BIU Santé

lidum, tum frigidum, interdum humidum, nonnunquâ verò ſiccum elementum vigeat,& exuperet: aut contra lãgueat,minuaturq. viciſsim. Atq. hæc quidem eſt prima eaq. efficiens mutuæ huius transmutationis elemẽtorum cauſa. Altera cauſa, eaque materialis, vt ita dicã, eſt, quæ ab ipſa elemẽtorũ natura proficiſcitur: quòd videlicet quatuor iſta rerũ elemẽta vnã communẽ habent materiam, quæ modò ignis formam induit, modò aquæ, pro eo, vt huius, vel illius elementi vis, & qualitas præpolluerit. Itaque ſi calidum elemẽtum viribus ſuperius euaſerit, plus ignis regenerabitur, atq. adeo ex cæterorum elemẽtorum ſubſtantia, tanquã pabulo enutritum, augebitur. Quod idem in reliquis elementis fieri iudicandum.

Propterea dixit corpora mundi elementaria ex ſe mutuò

©BIU Santé

tuò nutriri. Nam abſolutũ elementum mente potiùs cõ præhẽditur, quàm inuenitur.

Præter duas illas cauſas, ob quas elementa alia ex aliis ſubinde renaſci, & tanquam enutriri diximus, efficientem vnam, alteram materialem, eſt & tertia alia cauſa, eaque finalis, propter quam elemẽta ipſa, quamuis contrariis qualitatibus prædita, ſecũ tamẽ ipſa inter ſe miſceri, attemperariq. appetunt, quò videlicet noua alia, eaque perfectior, nobiliorque natura ex illorũ multiplici alteratione, mixtioneq. naſcatur. Atq. hæc eadem cauſa eſt, cur ſincerum elemẽtum vix, ac ne vix quidem vſpiam inueniatur.

Nam ſi prorſus humidã & frigidam fingas aquam fieri, non manebit iam aqua: cõ creſcet

©BIU Santé

creſcet enim mox, & ſubſiſtet, ac fluere deſinet.

Aqua, vt & quæcũque ad aquarũ genus ab Ariſtotele referuntur, vt vinũ, lotium, ſerum, ea frigore licet nõ craſſeſcant, at concreſcunt tamen. Voco autem concretionem certam quãdã rei liquidæ vel mollis indurationem. Ac ex elementis quidẽ ſola duo durantur, aqua ſcilicet, & terra: aer namq. & ignis, vt quæ calida elementa ſint, non concreſcunt. Ac concretionis quidem duæ ſunt cauſę, vna caloris à re, quę concreſcit, deceſsio, altera humoris. Iam quę ob caloris diſceſſum concreſcunt, eorum ſanè concretio à frigore fit, ſicuti contra, quæ propter humoris receſſum cogũtur, ea ab igne, aut à re quacumque calida concreſcunt. Frigore autem concreſcit aqua, humore ipſius ſtipato. Itaq. à calore humidior, ideſt, liqui Lib. 4. Mete.

©BIU Santé

dior euadit. Nam liquatio eorũ, quæ concreuerunt, altera humectationis ſpecies ſtatuitur ab Ariſtotele lib. 4. meteo. Quare quod Gal. in hoc cõmentario dixit, aquam, ſi prorſus humida, frigidaq. fiat, non manêre aquã, vt pote quę concreſcat, nec iam ampliùs fluat, id verò ad frigus, non itẽ ad humiditatem referendum eſt: humiditas ſiquidem ipſa perſe concretionis cauſa nunquam eſt. Etenim ſi qua ſunt, quę vi aquę concreſcere videntur, vt mel elixum, ea certè non vi aquę, ideſt, non propter humorẽ eius, ſed propter frigus concreſcere putandum eſt.

Iam & ipſe habet ignis partem aereæ eſſentiæ.

Tanquam argumento à maiori ad minus demonſtrat Galenus nullũ de quatuor primis corporibus toto mũdo reperiri, quod exquiſitè purum, ſimplex

©BIU Santé

ſimplexque ſit: quando quidē ne ignis quidem ipſe purus ſincerus que omnino eſt: quippe qui tum aerea ſubſtā tia participat, tum fumida (quę ipſa alioqui terreſtris naturę eſt) adhęc & humiditate quoq. potitur tanquâm alimento.

TEXTVS. XXXX.

Ita quoque, ſi quod eorū, quæ homini cognata ſunt, illum deficiat, homo viuere non poſsit.

EX ſuperiori ſententia concludit Hipp. id, quod inſtituerat demōſtrare; quatuor ſcilicet humores homini tam eſſe cognatos, connaturalesque, vt ſi quis illorum prorſus deficiat, homo continuò ſit interiturus. Ex quo conſtat illos elementa eſſe corporis humani, non tamen prima, neque reuera ſimpliciſsima, ſed ſecunda, atque

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 307 sur 343

©BIU Santé

ad ſenſum ſolùm ſimplicia. Si ergo corpori noſtro ſiccũ, vel humidum, vel calidum, vel frigidũ deperierit, & humores quoq. protinus deperire eſt neceſſe: quippe quorum alij humidi, alij ſicci, alij calidi, alij frigidi ſint, licet non ſincerè, ſed ob alicuius ex qualitatibus his quatuor, exuperãtiã. Neque enim pituitam frigidam, humidamq. ſic eſſe dixeris, quaſi caloris ſiccitatisq. omnino expers ſit, perinde vt aqua: verum quoniam in ea humidum ſicco, & frigidum calido prę-pollet. Quippe ſi ſummè frigida foret, glaciei inſtar concreſceret. Itidem ſi humida exactè eſſet, nec craſſamentum haberet vllũ, nec lentorem. Atq. hęc eadem ratio de vtraque bile ineunda eſt.

Eſt & alia præterea naturalis cõſideratio nõ cõtemnẽda.

Duo præcipui vſus ſunt, quos in ani-

©BIU Santé

animalium corporibus præbent humores, vnus quidem, vt illa sint, alter verò, vt illis melius sit. Ac humores quidem, animalibus vtiles, vel etiam necessarios esse, vt sint, ex eo apparet, quòd & prima fœtus cõformatio ex humoribus fiat: & ab ijsdem tum alimentum animali, tum incrementum suppetat. Huc accedit alter ille vsus, cuius hîc meminit Galenus, ad mores videlicet informandos, componẽdosque. Etenim si humores & copia, & viribus commoderati sint, laudabilemque interse retineant symmetriã, & corporis quoque eucrasiã, id est, mediocritatem temperamenti cõseruabunt: vnde etiam laudabilis in moribus indoles consequetur. Mores cùm dico, propensionem illam animi intelligo, per quam quis ad hanc rem, vel illam est procliuior. Quanta verò sit ipsius temperamenti ad mores in vtramque partem immutã

©BIU Santé

dos vis, teſtis eſt Gal. libro. Quôd animi mores ſequuntur corporis temperaturam.

Pituitæ natura ad morũ quidem cultum inutilis eſt, neceſſariam autem generationem videtur habere in ipſa prima ciborum mutatione.

His Galeni verbis adducti quidam ætatis noſtrę medici, nec ignobiles, exiſtimarunt pituitam etiam naturalem, quæ vnus de quatuor humoribus eſt, in ventriculo gigni, tanquam in præcipua eius officina: itaque huius pituitæ in ventriculo genitæ bonam partem aluo excerni vnâ cum reliquis excremẽtis, reliquum verò, quod vſui futurum ſit, vnâ cum chylo per venas meſaraicas ad iecur deferri, inibique denuò concoqui à facultate iecoris concoctrice, & quidẽ ita,

©BIU Santé

ita,vt quod in eo minùs crudum,ma
giſque ad coquendum paratum eſt,
id à iecore in ſanguinem cõuertatur,
quod verò ad coctionem contuma-
cius eſt,pituitæ naturam retineat,atq.
vnâ cum ſanguine confuſum vtiliter
ad alendas partes corporis diſtri bua-
tur. Quod ipſum à Galeno libro de
atra bile his verbis confirmari dicũt:
Demonſtratum porrò à nobis eſt pi „
tuitoſum humorem ex pituitoſis ci- „
bis in prima,hoc eſt,vẽtriculi coctio „
ne fieri,ſicuti bilioſum,& melancho- „
licum in iecore.Mutatur autem & in „
coctione,quæ in iecore fit, pituitoſus „
ſuccus in ſanguinẽ. Verum hæc iſto- „
rum opinio tanto accuratiùs à nobis
expẽdenda eſt, quanto plures fucata
ſua probabilitatis fefellit ſpecie. Eſt
enim à Galeni ſentẽtia maximẽ alie-
na,qui lib.2.de fac. nat. de humorum cap. 8.
generatione diſſerens, Demonſtratũ, „
inquit,eſt ab his, dum alimentum in „

©BIU Santé

„ venis ab innato calore alteratur, ſan-
„ guinem quidem à mediocri calore
„ fieri, reliquos verò ſuccos ab immo-
derato. Ex quibus Galeni verbis ſatis apparet in venis ipſis, atque adeò in ipſo iecore ſuccos omnes quatuor, id eſt, ſanguinem ex ijſdem confuſum procreari. Neque verò huic Galeni ſententiæ ea, quæ modò ex libro de atra bile citauimus, aut quæ hoc loco extant, aduerſantur. Quod enim hîc à Galeno dicitur, pituitã neceſſariam habere in prima ciborum mutatione generationem, propterea ab illo dictum fuit, quòd pituita in ventriculo ex materiæ neceſsitate gignitur, non item primaria ratione, neue naturæ conſilio. Vt teſtatur Gal. lib. 5. de vſu part. Itaque, quod in ventriculo gignitur, ſi propriè loqui velis, pituitoſum excrementum cum Galeno potiùs, quàm pituitam appellaueris. Quippe quod tanquam ſuperfluũ,

Cap 3.

& a

©BIU Santé

& à ventriculo abſtergi, & aluo ſubduci poſtulet, non autem in corpus per venas diſtribui. Tantumq. abeſt, vt Galenus pituitam hanc, quæ in vẽtriculo gignitur, ſecundûm naturam ad animalis ſalutem gigni putauerit, vt eius prouentum potiùs inibi pro incommodo habuerit, tametſi ea neceſſariò nobis etiam valentibus oriatur, nec prohiberi omnino poſsit, quin in prima, hoc eſt, ventriculi coctione ex pituitoſis cibis procreetur. Accedit hûc, quòd pituita hæc, quæ in vẽtriculo gignitur, cùm à reliquis humoribus ſecreta, impermixtaq. ſit, neque ad alendas corporis partes eſt idonea, neque naturæ noſtræ prorſus cognata, & naturalis.

TEXTVS. XXXXI.

Viget autem in anno modò hyems maximè, modò ver, modo æſtas, modô au-

©BIU Santé

tumnus. Haud aliter in homine interdum pituita viget, quandoque ſanguis, nõ nunquam bilis primùm flaua, deinde atra.

Perſtat in analogia, quæ eſt inter quatuor anni elementa calidum, frigidum, humidum & ſiccum, & quatuor humani corporis humores. Horum ergo mutuum ipſorum conſenſum interſe talem, ac tantum eſſe oſtendit, vt ſicuti in anno modò frigidum præpollet elementum, modo calidũ, interdum humidum, quandoq. ſiccũ, ita & in homine modò pituita vigeat, tum bilis, interdum ſanguis, non nunquam verò humor melancholicus. Quin etiam hæc ita cohærere interſe, vt pariter & inualeſcant, & minuantur. Hyeme ſi quidem & pituitam in homine excreſcere, & frigidũ, humi-

©BIU Santé

humidumque in anno elementũ præ pollère, Aeſtate contrà bilem in homine vigere, perinde vt in anno calidum, ac ſiccum elementum. Quæ eadem ratio in reliquis duobus, tum humoribus, tum anni temporibus in eunda eſt.

TEXTVS XXXXII.

Euidentiſsimum horum argumentũ eſt, quòd ſi quater anno idem medicamentum eidem homini præbere velis, hyeme tibi euomet pituitoſiſsima, Vere humidiſſima, æſtate bilioſiſsima, autumno nigerrima.

Quod dixerat Hippocrates ſingulos humores ſingulis anni temporibus præcipuè redũdare, id ipſum eodem illo confirmat argumento, quo ſupra

©BIU Santé

ſuprà humores omnes quatuor omni tempore in corpore reperiri demonſtrauerat. Si ergo, inquit, idem medicamentum eidem homini quater dederis, in ſingulis ſcilicet anni tẽporibus ſemel, hyeme quidẽ euomet tibi pituitoſiſsima, Vere humidiſsima, æſtate bilioſiſsima, autumno nigerrima. Quo quidem loco præmonendum illud eſt, verba iſta non eſſe interpretanda de medicamento vnũ quempiam humorem præcipuè, & cum delectu purgãte, ſed de eo, quod qualeſcumq. promiſcuè humores per vomitum, aut aluum vacuat ſine delectu. Iam verò, quod dixit, Vere humidiſsima euomi, de ichoribus, ſiue ſeroſis ſanguinis ſuper fluitatibus nõ malè quidam interpretantur, quę redundante ſanguine non poſſunt non etiam redundare.

TEX-

©BIU Santé

TEXTVS XXXXIII.

Cùm hæc igitur ita ſe habeant, par eſt, vt quicumq. morbi hyeme augentur, æſtate finiantur, qui autem æſtate increſcunt, hyeme deſinant: niſi ſint ex iis, qui intra dierum circuitū ſoluuntur (dierum autē circuitum aliâs explicabo) At qui Vere oriuntur, morbi, horum ſolutio autumno expectãda eſt: autumnales demum morbos Vere ſolui eſt neceſſe. Quicumq. verò morbus hæc anni tempora præ-

©BIU Santé

præter greſſus fuerit, hunc fore annuum ſcito.

DE duabus vtilitatib' precipuis, quas hæc de humoribus diſputatio præſtat medico, quarũ altera ad præſagiendum pertinet, altera ad curandum, primam certè Hippocrates hac ſententia complexus eſt. Enim verò cùm ex ſuperioribus didicerimus pituitam hyeme inaugeri, eandem contrà æſtate minui, conſentaneum profectò rationi eſt, vt morbi, qui hyeme augẽtur, ideſt, qui propter hyberni temporis conſtitutionẽ inuadunt, ſoluantur æſtate: ſicuti contra, qui æſtate inuadunt, hyeme finiantur. Niſi tamen, inquit, ex eorũ numero ſint, qui intra decretoriorũ dierum periodos terminantur. Quales ſunt pleriq. ex morbis eſtiuis, præſertim qui æſtiuorum naturã referunt, ideſt, bilioſi. Quanquam non omnes hi intra dierum

©BIU Santé

rum decretoriorum periodos cõcluduntur. Sunt enim quidam morbi, qui quadrageſimum diem tranſgrediuntur, qui vtiq. iam chronici ſunt, propterea quòd acutorum ex tranſmutatione fines tranſilierunt. Tales ergo morbi non per circuitus dierũ procedunt, ſed menſium. Atq. hi demum ſunt, quos Hippocrates vult eo anni tempore finiri, quod contrariũ ſit ei, in quo fuerant exorti, ideſt ſeptimo, poſtquàm inuaſerunt, menſe. Quo quidem tempore, niſi fuerit finitus morbus, annuũ iam eum futurum eſſe dicit. Annuũ verò interpretatur Galenus, tum eũ, qui anno, poſtquàm ortus fuit, finitur, tum eum, qui ſeptenorum annorum ambitu perinde circunſcribitur, vt & cæteri ſeptenario menſiũ circuitu finiebantur. Tales verò eſſe nonnullos morbos teſtis eſt Hipp. lib. 3. Apho. vbi ille, Plurimæ, inquit, affectiones puerulis iudicãtur Aph. 28

hæ

©BIU Santé

hæ quidem quadraginta diebus, illæ ſeptem menſibus, nonnullæ in annis ſeptem, quædam verò iam ad pubertatem accedentibus. Ex quo genere eſt morbus comitialis, de quo Hipp. Aph.45. lib.2. Quicumque, inquit, iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis & temporis, & locorum, & victuum quoque liberantur.

TEXTVS. XXXXIIII.

Atque ita medicum decet obſiſtere morbis ſingulis, tanquam pro anni tempore ſecundùm naturā maximè ſe habēte, in corpore vigentibus.

Altera eſt hæc de duabus libri huius vtilitatibus, quā ad medēdi vſum paulò ante dixeram pertinēre. Ad idonea namque morborum remedia metho-

©BIU Santé

methodo veſtiganda duo illa potiſsi mùm explorata debent eſſe medico, alterum quidem, vt norit, qui humor potiſsimùm in quoque ægro copia, viribuſq. præpolleat, alterum, vt intelligat, qua in parte corporis is præcipuè redundet. Illud namq. ex medẽdi methodo conſtat, tam pro humoris redundantis, quàm pro partis affectæ varietate ipſam itidem medendi rationem variari. Qui porrò humor potiſsimùm redundet, præpolleatue, id verò cùm ex pleriſq. alijs indicijs, tum ex ijs, quæ paulò antè ab Hipp. de anni tẽporibus tradita ſunt, probabili coniectura indagare licet. Etenim ſi æſtas ſit, veriſsimile eſt flauam in ægro bilem redundare, atque adeò etiam morbi cauſam eandem extitiſſe; quandoquidem humor is æſtate redundare dictus eſt: ſin hyems vigeat, pituitam: ſi ver, ſanguinem: ſin autem autumnus, humorem melan-

©BIU Santé

cholicum præpollere conſentaneum eſt. Cæterùm quoniam, quæ de natura, & ſpecie humoris redundantis capitur ex ſolo anni tempore coniectura, fallacior eſt, quàm vt vna ea contenti eſſe debeamus: Id circo Galenus in cõmentario monet nos, vt quamuis Hipp. hîc de ſolis anni temporibus mentionem fecit, tamen & ætatẽ ęgri ſubaudiamus, & regionem, & anteactę vitæ genus, inſtitutumque, & victus denique rationem quotidianam. Quibus adde, & propriam ægri temperaturam. Quod ipſum itidem nos admonuit Galenus comment. in apho. 12. lib. 1. Sicut, inquit, in anni
» temporibus, ſic & in temperaturis ex
» proportione ſe res habet. De quibus
» & ipſe Hipp. ſæpè diſſeruit, non ta-
» men hîc quidquam dixit, vt qui ex
» vno reliqua nobis reliquerit in me-
» moriam reuocanda. Quę enim tem-
» pus æſtiuum indicat, eadem & ægri
» tem-

©BIU Santé

temperatura calidior, ſicciorque, & »
ætas iuuenilis, & locus calidus, ac ſic »
cus indicabunt. Ad hæc, & vitæ ratio, »
& conſuetudo, & præſens aeris itidē »
calida & ſicca conſtitutio. »

Hoc libro cùm eſſet Hippocrati propoſitum corporis noſtri naturā inuenire, hac via, & ratione ad inuentionem vſus eſt.

Hoc loco oſtendit Galenus illam ipſam methodum obſeruaſſe Hippocratem in hoc libro, quam Plato in Phędro teſtatur ab eodem ipſo Hip. in inueſtiganda natura corporis humani obſeruatam fuiſſe. Principiò etenim illud eum inquiſiuiſſe, num corporis noſtri natura, vna, ſimplex quę ſit, id eſt, ex vno ſecundùm ſpeciem elemēto cōflata, an multiplex, id eſt, ex pluribus, ſpecieque diſtinctis

©BIU Santé

elementis compoſita. Poſtquàm autem eam ex pluribus vno elementis, iiſque quatuor calido, frigido, humido, & ſicco conſtare demonſtraſſet: mox ſingulorum elementorum natura qualis nam eſſet, id eſt, quam potiſſimum illa ad agendum, vel patiendũ vim haberent, veſtigaſſe: idcircoq. & temporum anni mentione facta, docuiſſe, qui in vnoquoque anni tempore humor plus, minusve copia, viribuſque præcelleret. Eundem porrò, dum naturam noſtri corporis, id eſt, elementa ipſum conſtituentia inueſtigaret, vnâ quoq. interim, & quæ eſſet vniuerſi natura, vt refert Plato, id eſt, quę eſſent vniuerſitatis ipſius elemẽta, meminiſſe. Quę ipſa alioqui ſola ſunt vera, ac prima rerum elementa, & quidem homini cum reliquis omnibus corporibus mixtis communia.

DE VSV ET VIRIBVS elementorum.

Quod

©BIU S

Quod vbi esse multiplex cõ periſſet, ſimpliciũ deinde, quæ in eo inſunt, naturã, quæ eſſet, inſpexit, ideſt, quam haberẽt aut ad patiẽdum ab aliquo, aut ad agendum facultatem.

Elementorum ſingulorum variæ ſunt tum ad agendum, tum ad patiendum vires, proindeq. varius itidem, multiplexq. eorundem vſus. Quippe quæ cùm ad cæterorum corporum mixtorum generationẽ, conſeruationemq. tum verò potiſsimùm ad animalia ipſa, eorumq. partes ſingulas procreandas, efformandasq. & vires idoneas conferunt, & materiam Præterea ad actionum omnium, ac vitæ incolumitatem cuſtodiendam, ad ſanitatemq. tuendam magnopere conducunt. Quin etiam eadem iſta elementa extra mediocritatis fines, modumq.

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 325 sur 343

©BIU Santé

dumq. iuſtũ prodeuntia, tũ excitandi morbos, tum diſſoluẽdi mixti, corrũpendiq. vim habent. Has autem vires, atq. hos vſus elementa non aliunde habent, quàm ab iis, quibus pollent, qualitatibus. Quo circa nobis priùs de qualitatibus ipſis elementorũ, deq. earum viribus hoc loco agẽdum eſt. Ac de qualitatibus quidem elementorum quædã ſunt verè alteratrices, effectricesq. corporum, ac veluti elemẽtorum ipſorum principia, nimirum calor, frigus, humiditas, & ſiccitas: aliæ verò tanquã miniſtræ, & inſtrumentariæ, vt tenuitas, craſsities, raritas, dẽſitas, fluxibilitas, ſtabilitas. Quã quam de quatuor illis alteratricibus qualitatibus duæ ſunt Ariſtoteli actiuæ, calor ſcilicet, & frig°, reliquæ duæ paſsiuæ, humor, & ſiccitas: non vtiq. quòd vel hæ duæ poſteriores ignauę ad agendum ſint, vel illæ aliæ duę à patiendo ſint alienę. Nam ſicuti ca

lor

©BIU Santé

lor ad calefaciendum, frigus ad refri gerandum valet, ita & humiditatem humectandi, & ſiccitatem ſiccandi vim habere conſentaneum eſt. Ratio ergo cur hæ quidē paſsiuę, illę verò actiuæ ab Ariſtotele dicātur, ea demū eſt, quòd in reliquis operibus, affectionibus ue, quę ex primis quatuor qualitatibus oriuntur, calor quidem, & frigus, agentis cauſæ vim, locumq. obtinent, humor verò, & ſiccitas materiæ patiētis, veluti in terminatione incraſſatione tenuatione, denſatione, rarefactione, emollitione, induratione, concretione, fuſione, cōgelatione, liquatione. Præterea in his, quæ ad viuentia potiſsimùm pertinent, generatione, corruptione, coctione, maturatione, putrefactione. Harū ſiquidem omnium cauſæ efficientes primariæ, vel ſaltem organicę calor, frigusque ſunt; quæ verò materiam aptè ad has affectiones ſuſcipiendas comparant

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 327 sur 343

©BIU Santé

& disponunt, relique due, humor, & siccitas. Atq. eam demum fuisse Aristotelis sententiã vel ex his ipsius verCap. 4. bis apparet, que extant lib. 4. Meteo.
„ vbi ille, Quoniam (inquit) elemento
„ rum cause quatuor sunt cõstitute, ex
„ quarum coniugationibus euênit, vt
„ quatuor quoq. existerent elementa:
„ duæ quidem illarum efficiendi vim
„ habent, calor, & frigus, duæ verò pa-
„ tiendi, siccitas & humor. Id quod in-
„ ductione probatur. Calor enim, & fri
„ gus tum ea, quæ eiusdem generis, tũ
„ ea, quæ diuersi sunt, determinant, cõ-
„ iũgunt, immutãt, humectãt, exiccãt,
„ durant, emolliunt in omnibus. Humi
„ da autem, & sicca tum ipsa perse, tum
„ quæ communiter ex vtrisq. concreta
„ sunt, corpora terminari, & aliis, quas
„ nuper memorauimus, qualitatibus
Caloris vires. affici videntur. Hæc ille. Ergo calor, præter calefaciendi vim, quã obtinet, id habet, vt, que eiusdem generis sunt,

cogat,

©BIU Santé

cogat, quæ verò diuerſi, ſecernat, ac diſsipet. Idem & craſſa tenuat, & denſa rarefacit, humorem ad ſe tanquã pabulum allicit, & apponit, eundem porrò in halitum ſoluit, diſsipat, euocat, cõſumit, & ſiccat: ita fit, vt ea quidẽ, quę terrea natura participãt, vt lutũ, lac, nitrum, ſal, deſiccãdo induret, quę verò aqueę, aereę ue naturæ cùm ſint, frigore concreuerunt (cuius modi ſunt ros, cera, adeps, metallum) ea liquefaciat, ve lemolliat. In ſumma calor ceu primum inſtrumentum proximumq. cæleſti illi tepori (in quo vno Platonici formarum ſeminariũ latêre voluerunt) eximiam inter reliquas qualitates agendi vim habet: id circoq. tum in coctione, tũ in mixtione, mixtorumq. corporum generatione cauſæ agentis inſtar obtinet: neq. enim vlla aut mixtio, aut coctio, aut generatio eſſe poteſt, quæ caloris vi non fiat. Calor porrò quanto eſt frigore

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 329 sur 343

©BIU Santé

gore, reliquisq. qualitatibus in agendo efficacior, tanto eiſdem eſt ad reſiſtendum imbecillior. Frigus præter refrigerandi vim, id etiam habet, vt tam homogenea, quàm heterogenea promiſcuè cogat, denſet, & adſtringat, humiditatemq, exprimendo trudat, atq. ita deſiccet. Ergo ea etiã, quæ aqueæ naturæ ſunt, & fluida, vt vinũ, ſerum, vrinam, liquoreſq. metallicos cogit, terminat, & indurat. Idem præterea frigus aliena vi corpora humectat, dũ ſcilicet vapores cogit, incraſſat, & in aquam vertit. Quò circa ab Ariſtotele frigus tum humectare dicitur, tum ſiccare. Idem quoq. frigus tametſi ad calorem collatum priuationis, interitusq. inſtar obtinet, non parũ tamen & ad coctionẽ, & ad mixtionem, mixtorumq. generationem conducit, dum ſcilicet calorem partim plus ſatis inualeſcentem frangit, & temperat, partim foras prætermodum

Frigoris vires.

4. meto. Cap. 4.

©BIU Santé

dum exilientem, erumpentemq. coër cet, partim deniq. eundē per antiperi ſtaſim auget, & roborat. Adde, quòd dum eum à calore externo arcet, à pu tredine quoq. interim, corruptelaq. defendit. Idem porrò frigus quanto eſt ignauius ad agendū, quàm calor, tātò eſt eodem in reſiſtēdo validius. Humiditas præterquā quòd per ſe, ac vi ſua humectat, id etiam præſtat, quòd ea, quæ arctiori compage conſtāt, laxat, eademq. ſolutiora, mollio ra, liquidiora, & fluidiora reddit, eiuſ modiq. vt alieno quidem termino fa ciliùs terminentur, difficiliùs ſuo. Ea dem porrò caloris vim obtundit, vt & frigoris. Ac caloris quidem vim, & acrimoniam perſe, ac vi ſua obtun dit. Idq. propterea quòd halituoſiorē mitioremq. eum, atq. adeo minùs ad vrendum efficacem reddit: cùm inte rim à ſe caloris gradum nō minuat. Frigiditatem verò aliena vi hebe-

Humid ditatis vires.

tat

©BIU Santé

tat, propterea quòd eã crassiorẽ reddit, ac proinde minùs ad penetrandũ idoneam. Iam verò humidum à calore quidem faciliùs patitur, quàm siccum: at siccum ab humido faciliùs patitur, quàm humidũ à sicco patiatur.

Siccitatis vires. Siccitas humorem suggendo, cohibẽdoq. exhaurit, atq. hac etiam ratione deficcat: ideoq. vel indurat corpora, vel friabilia illa tandem reddit. Eadẽ ad resistendum tanto potentior est cæteris qualitatibus, quãto iisdem est ad agẽdum ignauior, & hebetior. Cæterùm quamuis hebes, ignauaq. â seipsa sit, calori tamen vires addit, dum scilicet acriorem illum, & ad vrendũ potentiorem reddit.

Tenuitas, præter quam quòd attenuat, in causa etiã est, cur citiùs, penitiusq. fiat penetratio, eoq. exactiùs mixtio perficiatur.

Crassities contra, præter quã quòd incrassandi, obturandiq. vim habet, in causa

©BIU Santé

cauſa etiam eſt, cur, & tardiùs, & minùs altè fiat qualitatum penetratio, eúrque itidem minùs perfectè fiat mixtio.

Raritas, laxitaſque ſubſtantiæ in cauſa eſt, cur quæque res promptiùs tùm agat, tum patiatur. Cæterùm hoc minùs in reſiſtendo poteſt, quo pauciorem materiam nanciſcitur quàm dẽſior, adſtrictiorq. ſubſtãtia.

Denſitas contra, arctiorque compages in cauſa eſt cur quidq. & ſegniùs agat, & difficiliùs viciſsim patiatur, validiuſq. reſiſtat. Ob has ergo qualitates fit, vt elementa quoque tum ad coctionem, mixtionem, mixtorumq. generationem, tum ad eorundem cõſeruationem, incolumitatemq. permagnam vim conferant, varioſq., ac neceſſarios vſus præſtẽt. Quinimo & ad labefactandum naturalem vnius cuiuſque corporis ſtatum, vel etiam corrumpendum non exiguam vim

©BIU Santé

& ipſa quoque habent elementa. Ergo vt ab igne primùm ordiamur, certè eum ad coctionem, terminationẽ mixtionemque, ac proinde & ad mixtorum generationem præcipuã vim obtinere perſpicuum eſt. Enim verò quo exactè fiat mixtio, oportet priùs ea, quæ miſceri debent, in tenuiſsimas partes, minutiſsimaſq. comminui, vt penes eaſdem partes vndiq. ſe interſe ipſa mutuò contingentia, exactiùs ad vnionem miſceantur, ijs interim, quę à natura mixti aliena ſunt, ſecretis, atque ſepoſitis. Id quod citra coctionẽ fieri nequit. Atq. ad hæc quidem omnia ignis maximè conducit: quippe qui ſuo calore & materiam concoquit, & quæ heterogenea ſunt, ſecernit, humidũ verò id, quod benignũ, cognatumq. eſt, ad ſe alliciens, vnâ cũ ſicco permiſcet, & quidem tanto exactiùs, quanto ſubtiliùs, in exilioresq. particulas materiam eorum, quæ miſcentur

©BIU Santé

centur comminuit: ita fit, vt dum ad coquendam miſcendamq. materiam, nec non & ad terminandam conducit, vnâ quoque interim & ad mixtorum corporum generationem perficiendam conducat. Cæterûm quoniã calor ignis vehementior, acriorq. eſt, quã qui per ſe ad coctionẽ, mixtiue generationem perficiendam accõmodatus ſit, idcirco aqua illi fuit opus admixta, quæ tum humiditate ſua, tũ frigore, & ignis ſiccitatem corrigeret, & eiuſdem calorẽ attemperaret, ex igneoq. & immoderato, moderatum eum tandem efficeret, ac natiuũ, ac proinde naturæ aptiſsimum eum redderet inſtrumẽtum, cùm ad actiones omnes naturales obeundas, tum ad totius mixti incolumitatem diutiùs cuſtodiendam. Aqua ſiquidem, dum ſuo frigore prohibet, ne calor igneus aut foras euolet, aut intus cohibitus plus ſatis materiam depopu-

letur

©BIU Santé

letur, vnà quoq. interim & ad incolumitatis cuſtodiã nõ parùm cõducere videtur. Porrò ſicuti igneo, calidoq. elemento, nec nõ etiã & frigido tum ad coctionem, terminationemq. materiæ, tum deniq. ad mixtionem, mixtorumque generationem, tanquã agẽtibus cauſis opus fuit: ita quoque & humido, nec nõ etiam & ſicco, ac terreſtri elemento admixto erat opus, tanquam materia ad coquẽdum, miſcendum, terminandumq. idonea. Id quod apertè ſignificauit Ariſtoteles his verbis: In elemẽtis, inquit, ſiccum maximè propriè terræ eſt, humidum aquæ: ideo terminata omnia, quę hîc ſunt, corpora, abſq. terra, & aqua non conſtant. Vtrius autem maiorem virtutis copiam habuerint, ad id vnum quodque videtur pertinere. In terraque, & aqua animalia degunt, propterea quòd hęc materia ſunt corporũ; in aere autem, & igne non degunt.

Lib. 4. Meteorum.

Aqua

©BIU Santé

Aqua ergo & terra idonea materia ſunt corporum perfectè mixtorum. Etenim ſine bona terræ copia conſtare, aut cohærere corpora nõ poſſent: illa verò potiùs huc illuc, liquorum inſtar, d ffluerent, nec ſuo termino cõtinerentur. Sed neq. terrę partes ſine aqua hęrere vllo pacto poſſent, illę verò arenarum inſtar dehiſcerent, diſsipatæque facile ſoluerentur. Quare ad firmam mixtorum corporum compagem ambabus his, aqua ſcilicet, & terra mixtis opus fuit, vt ex iuſta, ſymmetraque ambarum mixtione & temperatura tractabilis, ductiliſq. euaderet materia, atq. ad nouam ſubſtãtiam gignendam, & efformandam obſequens imprimis, & accommodata. Quin etiam & ad diuturniorem incolumitatis cuſtodiam nõ ſola terra, aquaq. verum etiam & aere ad ignem admixtis fuit opus. Aere quidẽ, qui familiarem humorem tanquam

©BIU Santé

pabulum igneo calori ſuppeditaret, quo is aſsidue foueretur, renutriretur que; Aqua verò, quę humorem itidē calori tanquam pabulum ſuggereret, craſsiorem tamen, quàm aer, ac proinde & ad conſumendum contumaciorem Terra demum ad aerē, aquāque admixta itidem ad diuturnitatis cuſtodiam opus fuit, quo pertinacior euaderet materia, proindeq; à caloris cōſumptione tāto tutior, quāto craſsior, denſior, atq. terreſtrior. In quo quidem operæpretium eſt naturę cōſilium, & ſolertiam admirari, quę cū initio ad rerum ipſarum generationē mollem, tractabilem, & ad miſcēdum, effingendumq. facilem inprimis materiam requireret, talis verò nimis humida eſſet neceſſariò futura, ac proinde & ad diuturnam incolumitatis cuſtodiam minùs idonea, id circo illi tantum vel terrę, vel ignis admiſcuit, quantum futurum eſſet ſatis

©BIU Santé

tis ad nimiâ illam humiditatem in po
ſterum minuendam, exiccandamque.
Velut in generationis noſtrę primor
dijs ſemine, inquam, & ſanguine ob
ſeruare licet. Hęc nanq. tametſi humi
da eſſe oportuit, propterea quòd nō
poterat animalium natura aliunde,
quàm ex mollibus primordijs origi
nem ducere: tamen quoniam ex ſub-
ſtantia adeò humida non poterat ner
ui, venę, arterię, oſſa, chartilagines,
mēbranulæ, aliaq. id genus procrea-
ri, niſi illa durior, compactiorq. dein-
ceps euaderet: id autem vt fieret, opus
erat prępollente aliquo elemento,
quod ſiccandi vim haberet: idcirco
in primordijs noſtræ generationis
duorum alterum præcellere ab ini-
tio oportuit, ignem, inquam, aut ter-
ram. Atqui ſi terræ plus primordiis
noſtræ generationis ab initio admix
tum fuiſſet, haud quaquà illa humida
ſatis extitiſſent: reliquū ergo id vnū

Hippocratis de Natura Humana Liber Hieronymi Ximenez ... commentariis ... - page 339 sur 343

©BIU Santé

erat, vt ignis in vtroq. primordio ea tenus præpolleret, quoad materiam & aſsiccaret ad firmitatem ſatis,& ad motiones agilem promptamq. exhiberet,non ita tamen, vt exureret.Ab hoc ergo calore igneo primùm cogitur,concreſcitq. paulatim id, quod eſt in vtero: mox idem ab hoc eodē calore ſiccius redditum varia ſuſcipit quaſi lineamenta, rudimentaque membrorum:deinde amplius ſicceſcēs non rudem modò,ſed etiam exactam delineationem, expreſſamque formam capit. Poſtea verò, quàm in lucem editum iam eſt, tum & à calore augeſcit, & ſiccius, firmiuſque in dies corpus euadit. Ex quo apparet in prima elementorum,à quibus primordia ipſa conſtituuntur, temperatura, humiditatem ſimul, & ſiccitatē præpollere debuiſſe, verùm humiditatem quidem aqueam, ſiccitatem verò igneam. Ac in ſemine quidem plus

©BIU Santé

plus igneæ,aerięq. ſubſtantiæ eſt,quã in ſanguine: contra in ſanguine plus aqueę, terrenęque, quàm in ſemine. Quanquàm & in ſanguine quoq. calidum elementum frigido prępollet, & humidum ſicco, ita vt meritò nõ ſiccus, perinde vt oſſa, ſed humidus cenſeatur. Sed & ſemen ipſum quam uis ſanguine ſiccius, humidum tamẽ ipſum, fluxileq. etiam eſt. Cæterùm ignei caloris præpollentis vi fit, vt partium ſubſtantia indies magis, magiſq. ſicceſcat, donec tandem animal ad vigorem vſq. perueniat: Quo tempore iam incrementum ſiſtitur, oſsibus nimirum ipſis præ ſiccitate, duritieque non iam ampliùs obſequentibus: ſanguinis verò, & ſpiritus vaſa in latum aguntur, ſpiritus ipſius flatu dilatata: cuncta verò demum membra ſummum robur, vigoremq. nanciſcuntur ſuum. Atq. hæc ætas iuuenilis, & florens appellatur. In eo ve

©BIU Santé

rò, quod deinceps ſuccedit, tempore, omnibus iam partibus ſupra modum ſicceſcentibus, non ſolùm cuiuſq. mẽbri officiũ minùs probè adminiſtratur, verumetiam corpus ipſum maci lentius, gracilíuſq. quàm antea redditur, tãdemq. etiam rugoſius, artus prę terea inualidi, & ad motus imbecilli. Vocaturque affectio iſta in animalibus ſenium, illi proportione aſsimile, quæ in plantis ἄνανσις à Græcis appellatur. Atque hoc quidem tempore fit, vt humido natiuo ignei caloris vi magna ex parte conſumpto, corpus non modò ſiccius, verùm etiam à caloris natiui inopia frigidius euadat, ita vt terreum in eo iam præpolleat elementum. Atq. hæc quidem eſt vna communis omnibus corporibus, quæ genita ſunt, connata neceſſariaque corruptelę cauſa, ipſa ſcilicet humidi conſumptio ab ignei elementi calore prouenies: cui accedit

©BIU Santé

cedit altera illa animalibus ipſis pro pria, aſsiduum nimirum ſubſtantiæ triplicis effluuium, quod à calore natiuo continenter per occultam difflationem perſpirationemve fit.

Cæſaraugustæ, cum licentia Ordinarij, ex Officina Laurentij Robles Regni Aragonum, & vniuerſitatis Typographi.

M D LXXXIX.